

B. M. II, 40.  
h. 518.

3993 2275

II k  
3670

DISSERTATIO JURIS PUBLICI,  
DE

PROBATIONE  
PER  
DIPLOMATARIA,

Vom Beweis durch Copial-Bücher,

QVAM,  
AVSPICIIS  
ACADEMIÆ RECTORIS MAGNIFICENTISSIMI,  
SERENISSIMI PRINCIPIS AC DOMINI,  
DN. FRIDERICI,

HASSIÆ LANDGRAVII, RELIQ.

SVB PRAESIDIO

JO. WILHELMI WALDSCHMIDT,  
ACADEMIÆ PROCANCELLARII, REGII ET  
PRINCIPALIS REGIMINIS CONSILIARII,  
D. XVIII. DECEMBR. ANNO R. S. MDCCXXXVI,  
IN AVDITORIO JCTORVM,

H. L. Q. S.


PVBLCICE VENTILANDAM SISTET.

A. ET R.

CHRISTIANVS THEODORVS LIPPE,  
LIMBURGO-TREVIRENSIS.

MARBVRGI-CATTORVM,  
TYPIS PHIL. CASIMIRI MÜLLERI, ACAD. TYPOGR.





DISSERTATIO JURIS PVBLCI,  
DE  
PROBATIONE  
PER  
DIPLOMATARIA.



uemadmodum a fide *Diplomatum*, jus in  
Regiones integras, Regalia singula,  
aut possessiones magni momenti alias sa-  
penumero dependet. Ita *probationes* quo-  
que in Publicis similibusque gravioribus  
Controversiis, non aliunde magis adorna-  
ri solent. Cum vero *Diplomati*, ad proban-  
dum inducto, non aliter sua fides,  
aut effectus plenae probationis constet, quam si nulla suppo-  
sitionis, ac fraudis suspicione laboret. Eoque tanto magis ad-  
vertendum sit, quo certius, in vasta illa *Diplomatum* mul-  
titudine, quae recentiori aetate, e tenebris in claram lucem  
protracta, talia quoque, quae sublesta fidei, aut plane spuria,

A

anti-

antiquitatem tamen mentita, velut zizanium inter triticum, magno numero comparuisse, ac etiamnum comparere. De γνησιότητι, aut γοθεύσει Diplomatum autem certius judicari haud possit, quam ipso originali inspecto. Exploratissimum quoque est, eam demum probationem per Diplomata, omnium perfectissimam esse, quæ ex indubitatis autographis instituitur & perficitur. Utrum vero *Exemplis Diplomatum* omnis probandi vis propterea deneganda sit, in ipsis causarum argumentis non una vice disceptatum est. Quæstionis illius partem nobiliorem, integra *Diplomataria* attinentem, pro argumento Dissertationis Academicæ hæc vice selegimus, dicturi de eodem, non equidem quantum dici potest, fortasse tamen quantum debet.

## §. II.

Prius vero quam destinata componamus, generaliora nonnulla, huc pertinentia, præmittere, haud abs re esse ducimus. Hæc inter de *origine Diplomatariarum* primo loco dispiciemus. Inter varias nimirum causas alias, quas hujusmodi Literarum patentium, ab Imp. & Regibus concessarum, primi conservatores, Ecclesiæ & Monasteria, adhibuerunt, ut robustissima hæc causarum & jurium suorum firmamenta, adversus temporum injurias, infinitosque casus, rebus adeo corruptibilibus imminentes munirent; quin & si autographum forte periret, aut vetustate exesum, non amplius legibile esset, contenta tamen illius, aliunde probari possent. Dux sequentes in primis hujus loci sunt, quas MARILLONIVS, magnus ille rei diplomaticæ magister, nobis suggerit. Primo enim plura autographa unius ejusdemque Diplomatis, mox ab initio confici curarunt, diversis in locis deinceps custodienda. (a) Non raro etiam per eosdem Notarios, quorum manu auto-

(a) de Re Diplom. lib. 1. Cap. 2. §. 7. & passim. DN. de LVDWIG Reliquo.

autographa exarata, plura exempla describi, imo ita depingi fecerunt, ut ab autographo difficulter, & non nisi ex nota aliqua superaddita discerni potuerint (b). Quibus dein & illa *exempla* accefferunt, quæ ipsimet, privata manu, ad varios usus, multoties descripserunt. Priora, eodem MABILLONIO observante, eum potissimum in finem confecta, ne autographa ex Archivis & scriniis quotidie producere, aut ad *Placita Comitum per Pagos* circumferre necessum haberent. *Ministerialibus* (c) vero, penes quos temporalium aliorum, tum & litium cura erat, *exempla* qualiacunque documento & præsidio erant. Quia tamen hæc ipsa, velut scopæ dissolutæ, distrahi, aut amitti facile poterant, eam tandem cautelam addiderunt, ut omnia, aut præcipua Diplomata uno contextu describi, descripta vero in unum pluresve Codices redigi curaverint. Quod institutum, cum posterioribus quoque seculis conservatum sit, & ab Ecclesia ad Regionum Dominos transferit, Urbes quoque, nec non Collegia & Familæ insigniores illud suum fecerint; abhinc magnus ille *Diplomatariorum* numerus, qui in Germania, aliisque Regnis hodiernum superest, exortus. Ipsum vero tempus, quo huiusmodi Codices primum colligi coeperint, MABILLON. *lib. 3. cap. 5. §. 2.* specialius adhuc designavit, ante Seculum X. nullum aut rarum eorum usum fuisse

A 2

scri-

*Reliqu. Mscr. med. ævi Tom. I. præf. §. 6.* Cumque Barthol. GERMON in *discept. de veter. Reg. Franc. Diplom.* quo hypothese suæ inserviret, rarissime factum esse contendisset, ut plura autographa ab initio emissa fuerint, infra laudandus Auctor *Chron. Gotwicens. lib. 2. pag. 78. Mabillonium* strenue vindicavit.

(b) Idem, *d. l. cap. 7. §. 5.*

(c) De quibus Ecclesiarum Ministerialibus, eorum differentiis, variisque officiis, consulendus tamen omnino DE, ESTOR, *Tract. de Minister. cap. 6.*

scribens, cum antea libri censuales seu polypticha (d) eorum vice fungerentur. In Germania tamen, Diplomataria serius adhuc cœpisse (e) ut credamus, complura efficiunt (f).

## §. III.

Hujusmodi Codices variis nominibus dudum olim insigniti sunt. Eoque Tomi Chartarum, quorum apud GREGORIVM Turon. Histor. lib. 1. cap. II. fit mentio, vulgo quidem referri solent, quodsi tamen verba GREGORII paulo penitius inspiciamus, apparet facile, de literis originalibus, in plures fasciculos compactis, ipsi sermonem esse. Potiore ju-  
re

(d) Quibus Ecclesiarum & Monasteriorum prædia, servi, annui census, similiaque jura summam saltem exhibebantur.

(e) Recordamur quoque, ab Illustri Cameræ Imper. Assessore Dn. DAVIDENVS aliquando nos audivisse, quod in omnibus Archivis & Chartophylaciis, quæ perlustravit (perlustravit autem complura, testante incomparabili monumentorum, quem possidet, thesauro, dignissimo ut omni ex parte publici juris fieret), ne unicum quidem diplomatarium aut chartularium invenerit, ante finem Sec. XIII. exaratum

(f) Diplomata certe a Regionum Dominis serius concessa, indeque multo serius in Diplomataria redacta esse quilibet nobiscum agnosceret, qui Superioritatem Territorialem sensim & per spiramenta temporum ad suum fastigium ascendisse, haud difficeret. Notissima *Aventini* verba, quibus *ant. Boj. lib. 6. ad ann. 1125.* memorat, *Heinricum oct. vum* (Nigrum alias dictum) *regulum Bojorum, primum omnium privatis auspiciis donationem fecisse, diploma dedisse, hoc sua imagine signasse, id quod antea Imp. Reges & Cæsares tantum facturarent &c.* JOH. EISENHART in *Dissert. de Jure Diplom. cap. 2. §. 1.* pluribus jam expendit. Add. *Frid. Lud. DE BERGER in append. not. ad Ju. Publ. B. de Cocceji pag. 776.* ubi id potissimum urget, quod Diplomata vere talia, (de Chartis enim aliisque Instrumentis hic non loquimur) a Regionum Dominis, ante tempora Imp. Henrici IV. emissa, produci hactenus non potuerint,

re *Instrumentalia Volumina* (g) ut & *Panchartas* (h) seu *Pantochartas* (ab hoc enim truncato vocabulo Græco, alterum illud defluxit) antiquioribus eorum synonymis accensimus. Usitata vero nomina, quibus *Chartularia*, *Antiquaria*, *Registraria*, *Antigrapha*, *Protocolla*, *Transumpta*, *Diplomataria*, *Bullaria*, *Regesta*, insigniri solent, DN. de LVDWIG *Reliqu. MSC. med. ævi Tom. I. præf. §. 9.* recensuit. Germanis hodie *Copial: Bücher* / & in Curii Feudalibus (i) *Copial: Mann: Bücher: Mann: Register* (k) audiunt. Nos ad probationem per exempla *Diplomatum*,

A 3

qua-

(g) Hujusmodi voluminis in *Historia fundat. Monast. Casauriensis* apud DV CHESNE *Script. rer. Francic. Tom. 3. pag. 351.* mentio fit: quod enim hoc nomine nihil aliud, quam *Chartularium* seu *Diplomatarium* indigitetur, *Chronicon* ejusdem Monasterii apud Lucam D' ACHERY *Spicileg. veter. aliquot Script. Tom. 2. pag. 927. edit. noviss.* neminem dubitare sinit; cont. sequens nota (m).

(h) Id quod exemplo *Pancharta nigra Ecclesie S. Michaelis Turonensis* DV FRENE *Glossar. d. verb.* & MABILLON *de R. D. lib. I. c. 2. §. 3.* eviderunt. Alias vero eodem nomine, *Chartas Regales* in genere, tum & illas in specie, quibus possessiones & bona Ecclesie aut Monasterio confirmata, maxime post amissa instrumenta, denotatas esse, iidem A A. observarunt. De cætero *Panchartarum* nomen in Monumentis Germaniam attinentibus, nusquam seprehendisse, A. *Chron. Gotmicens. lib. 2. pag. 82.* annotavit.

(i) Libri enim illi, iidem *Mann: Bücher* dicti, de quibus DN. POTTGIESSER *Tract. de Statu Servor. Lib. I. c. 4. §. 99.* a nostro instituto, hac vice, alieni sunt.

(k) Non omnes enim *Libros Feudales Lehn-und Mann: Bücher* vulgo dictos, meris *Diplomatariis* accenseri posse, vel solo exemplo *der Reichs Lehn: Bücher* edocemur, de quibus DN. MOSER *Einleit. zum N. S. N. Process. part. 3. c. 1. §. 116. seq. Add. ROSENTHAL Synops. feud. cap. 12. concl. 14. num. 13.*

quatenus illa *Chartis* contradistinguuntur, potissimum intenti, *Diplomatariorum* nomen, utut non satis Latinum (l) usu tamen passim receptum, merito selegimus.

§. IV.

*Diplomataria* hæc in multiplici differentia esse, res ipsa loquitur. Præterquam enim quod vel antiqua, vel recentiora, imo & recentissima: ex originalibus, vel apographis, vel una manu, vel diversis descripta: *Diplomata* integra, vel saltem excerpta eorum exhibent: membranaceo, vel chartaceo Codice comprehensa: in Archivis aliisque Scriniis, vel in privatorum manibus versantur, quin & typis vulgata sunt. Divisio illa, qua MABILLON *lib. 3. cap. 3. §. 5.* eadem in tria genera, seu tres classes secernit, instituto nostro vel maxime convenit. *Prima* earum, *Diplomataria* & *Chartaria* illa continet, quæ mere historica sunt, dum monumenta vetera in iis ita connexa, ut series rerum, eo in loco, quem *Diplomata* attinent, gestarum, simul explicetur. Cujusmodi collectiones historicae inter monumenta alia, quæ ex Archivis & Monasteriorum claustris, proximis seculis, prodire, magnus hodie extat numerus (m) cum labor ille Monachis potissimum,

(l) Si qua excusatione hic opus esset, nostram faceremus illam, qua B. DN. JOANNIS in præf. *Spicil. Script. veter.* pag. 6. usus,

(m) Præ ceteris tamen, citatum supra, *Chronicon Casauriense* hic memorandum, cujus autographum Lvc. DACHERY d. l. in *Monito* eidem præmissio, ita describit: *Constare illud, ait, ex ingenti volumine, elegantissimis characteribus ante hos 500 annos exarato, quod omnes Monasterii Chartas complectatur: auctorem enim, Joannem Berardum, ejusdem Monasterii Monachum Benedictinum & Præpositum, anno 1169 summatim ordine Chronologico, quæ prolixius referunt Chartæ, marginibus adscripsisse, historiamque contexuisse, additis præter ea, quæ Piscariam (Insulam in qua*



num, otii, quod peractis Sacris supererat, fallendi causa, a superioribus inunctus fuerit (n). Secundam classem Diplomataria illa constituunt, quæ ex ipsis Diplomatum & Chartarum autographis descripta, a Notariis recognita & sub-signata. Hæc talia in bene ordinatis Archivis & Chartophylacis Regionum Germaniæ passim hodiernum reperiuntur, si non a Notariis, aliis tamen personis publicis, publica auctoritate confecta. (o) Ad tertiam vero classem Diplomataria pertinent.

in qua Monasterium situm) spectant, serie Imp. Regum, ac Principum, bellis quoque ac cladibus, depopulationibus variisque eventibus, &c.

(n) Dn. de LUDWIG d. Pref. §. 10.

(o) Diplomatarium tale, anno 1464 exaratum, quod in Archivo Illustriss. Dnd. Comitum DE ISENBERG asservatur, in Diplomate apud LVNIG. Reichs. Archiv. Spicil. Secul. Part. 2. pag. 16. 7. (de quo §. 22. plura dicemus) sequentibus verbis describitur: Anfänglich ist es ein Pergamenten dick Buch, mit Bretter eingebunden, mit rothem Leder, und zwey clausuren am Leder, mit Seide überzogen, mit einem sonderlich erhobenen Schloßstein beschloffen, dazu messingigen Buckeln verwarth, und sonst ziemlicher Gestalt, ganz unversehrt, welches Buchs Anfang lautet: dies nachgeschriebene ist das Register aller nachgeschriebenen Brieffe, Schrifften und Sachen, jeglich nach Zahl der Blätter dies Buchs gezeichnet und geschrieben, also daß am ersten Blat der Zahl eines ansähet, und woud was am jeglichen halben Bladt besonders geschrieben ist, stehet auch darin wie hernach folget. Und folget mit rother Dinte geschrieben: Schrift, Lehnschafft, und anderes vom Reich. Nach gemeltem Register folget dann das Isenburgische Wapen mit Silbern und andern guten Farben, zu dem Wapen gehörig, gemahlt und fürgesetzt, ist auch solches Buch durch eine einige Handt fleißig geschrieben, auch bis auff dreyhundert und vierzig beschriebene Blätter quintirt. Und werden im selben Buch registrirt besunden, der Herrschafften und Graffschafften zu Bidingen.

8  
 tinent, quæ nec historica, nec authentica, sed puram instrumentorum collectionem continent; & si vel maxime Archivio aut Scrinio publico illata, nullum tamen publicæ autoritatis, aut factæ recognitionis testimonium præ se ferunt. Et prout MABILLON porro testatur, talia esse Chartaria pleraque, quæ in Ecclesiis, tam Cathedralibus & Collegiatis, quam Cœnobialibus asservantur, ita quoque non dubitandum pleraque Diplomataria & Chartaria antiqua, typis hodie descripta, ejusdem generis esse.

§. V.

Superioribus & illa differentia adhuc addenda, quod quædam Diplomataria, & Chartularia ab Imp. specialibus privilegiis, ad plenam probandi vim obtinendam, munita sint. Prout enim à seculo IX. X. ac deinceps confirmationum usus

inva-

gen Lehen-Brieffe, privilegien, derselben confirmation, hoher gerichtlicher und andere Obrigkeiten, Herrlichkeiten und Gerechtigkeiten, vielerley Uhrkunden, Heuraths Verschreibungen, Verkrieg, Rauffs Brieffe, Burgfriede, item rechtlich und gütlich Entscheidt, Spruch und Verträge, Weisthum, Instrumenta, und sonst andere mehr Uhrkunden, allerhand Gebrauch und alt Herkommen, geistliche Lehnscassitten, Stiftung und dergleichen Sachen Handlungen Latein und Deutsch 2c. es haben auch nebst dem unsere Bettern anzeigen lasen, daß nit jedermann, sondern allein die Herren selbst, oder wem sie das aus ihren sonderlich vertrauten Dienern, Ambtleuten und Secretarien verstaten einen Zugang zu solchem Buch haben 2c. Apud eundem LYNIC. d. l. pag. 1642. liber ille vocatur das Archivalische Document Buch, sonst das rothe Buch genant; Obiter hic (leviusculum licet sit) notamus, morem illum, ut a colore ligaturæ externo hujusmodi Libri denominentur, non solum perantiquum, prout exemplum *Panchartæ nigrae Turanensis*, supra §. III. adductum, nos docet, sed passim, etiam hodiernum observari, succurrit in specie, in Actis Minda transmissis, sæpius des rothen Lehebuchs de anno 1400 mentionem fieri. Alias Diplomatariorum authenticorum descriptiones sponte hic præterimus,

invaluit, ut nullum valere creditum fuerit Diploma simileve Instrumentum, nisi accedente nova ejusdem confirmatione; idemque institutum, licet sub infelicibus Friderici II. temporibus, rarius observatum sit, post interregnum magnum tamen haud penitus cessavit, CERON. GOTWICENSE Tom. 1. lib. 2. pag. 78. Ita haud dubie & mos ille exinde promanavit, ut *Copiarum & Librorum Copialium*, quos vocant, specialis confirmatio, ab Imp. petita fuerit. Pertinent eo, quæ ex *Summa Privilegiorum Reip. Argentorantis*, quotannis publice prælegi solita, apud LIMNAEUM lib. 7. cap. 3. num. 25. intuitu, der so genanten Missiven, oder Brieff-Bücher, darin die Acta und Brieff. Documenten, welche in Originali uffm Pfennig-Schurn liegen, abgeschrieben und begriffen, citavit DN. WENCKER (p). Ita vero LIMNAEUS: Kayser Maximilianus I. hat die Stadt Strasburg und ihre Bürger gefretet, wann Sie, Ihre Bürger, und die Ihren, ihre Brieff um Zins, Gülte, Güter oder Schuld besagend, durch Vidimus, oder Transumpten, von einem Bischoff, Prälaten, Stadt, oder andern treffentlichen und glaubhafften Personen ausgangen, mit derselben anhangenden Siegeln besiegelt fürbringen, daß denselben vom Kayserl. und des Reichs Hofgericht zu Nothweil geglaubt, und daruf gehandelt, geurtheilt und verfahren werden solle, als ob Sie die rechte Originalien und Hauptbrieff fürbrechten und darlegten: Datum Kempfen Anno 1394. Diese Freyheit seye auch von Carolo V. und Ferdinando I. confirmirt: aber von Kayser Maximil. II. sub dato Augspurg Anno 1566, um so viel extendirt und verbessert worden, daß den Transumpten, von Ihren, deren von

B

Stras-

(p) Nunc temporis CONSUL (Ammeister) prælaudatæ Reip. meriti-  
tissimus, in *Apparatu & Instrueto Archiv. pag. 92.* addens: Es  
habe auch Kayser Sigismundus dem Probst zu St. Thomas in Stras-  
burg befohlen, der Stadt gute und wahrhaffte Vidimus, den da  
wohl zu glauben seye, zu machen, von ihren Friesen, Privilegien  
und Freyheiten, am Kayserl. Gericht und Cankley oder sonst  
fürzubringen und zu zeigen.

Strasburg Freyheiten, nicht allein am Hofgericht zu Rothweil, sondern auch am Kayserl. Cammer-Gericht, und sonst allen Gerichten gleich den Original-Briefen geglaubt werden solle. Gleiche Confirmation sehe von Rudolpho II. Anno 1582. und Ferdinando II. Anno 1621. erlangt.

## §. VI.

Majorem vero attentionem meretur (q), memorabile illud Privilegium (r), quo IMP. FRIDERICUS III. (s) excelsas prerogativas reliquas, *Eminentissime* SEDIS ARCHIEPISCOPALIS & ELECTORALIS TREVIRENSIS augere voluit: petitioni ELECTORIS JACOBI I. (t) id tribuens, quod *Diplomataria* illa *Trevirensia*, quæ **Manno**

- (q) In Privilegiis Argentoratensium, *exemplis Diplomatum* eorumque Collectionibus vis probandi non aliter tributa, quam si ab Episcopo, Prælato, Urbe, aut persona alia fide digna, sigillo apposito recognita essent, qualia TREVIRENSE hoc ne quidem requirit.
- (r) Quare hic Imperator aliis IV. aut V. vocetur, cum ipsemet Tertium se dixerit: ut & eum titulo eines Römischen Königs ante coronationem Romanam, A. 1452. demum inseguram, in Diplomatum (hoc nostro etiam) pro more illorum temporum usus sit, vide apud JOHANN JOACHIM Müller *Reichs-Tags Theatri unter Kayser Friedrich V. Erste Vorstell. cap. 1. §. 4. 5. 6.*
- (s) Veritatem hujus Diplomatis ipse WILHELM. KYRIANDER in *Comment. de Aug. Trev. p. m.* 205. negare haud sustinuit, ut ut de cætero infensissimum erga Sedem Archiepiscopalem animum (cui tamen condigna reposuit Browerus) & quoad hunc passum celare haud potuerit. Characterem vero hujus Scriptoris ex iis, quæ apud Illust. Cameræ Imp. Assessor. DN. DE LUDOLF *Symphor. 2. Consult. & Decis. For. pag. 134.* leguntur, dignoscere licet.
- (t) Merita hujus Archipræsulis erga Imp. Fridericum, reliquasque res ab eo gestas, præter BROWERUM (Livium illum Trevirensium) supra alleg. Müllers *Reichs-Tags Theat. Erste Vorstell. pag. 1. 9. 14. 18. 86. 276. 282. 340. 341. 352. Zweyte Vorstell. p. 515. Dritte Vorstell. p. 594.* prolixè memoravit.

Mann & Bücher dicuntur, in iisque descripta exempla, eandem probandi vim habere debeant, quam ipsa autographa deperdita, si praesto essent, operarentur. Diploma ipsum, temporis annotatione subjuncta: Datum **Strasburg** Anno 1442. den Montag nach Bartholomazi, extat apud LÜNIG. *Spicileg. Eccles. Contin. 1. pag. 232. & Corp. Jur. Feud. Tom. 1. pag. 389.* In eoque Privilegium hoc sequent. verbis exprimitur: Dessen haben Wir angesehen des ehenganen Unserers Neben fleisige Bitte, auch betrachtet, daß Wir desselben Stifts Obrister Lehen Herr seynd, und daß solch des Stifts Lehen, Pfandschafft und anderes, Uns auch antresse, und von Uns, und dem Reich nicht entzogen werden mögen: Darumb mit wohlbedachtem Muth, guthem Rath Unserer Räte und Getreuen, und rechten Wissen, so haben Wir gesetzt, und geordnet, setzen und ordnen mit diesem Brieff, von Königlich Königlich Macht Vollkommenheit, also, daß solche des ehenganen Stifts Mann-Bücher, zu Behaltung desselben Stifts Lehen/ Pfandschafft/ und wie man das nennen mag, kräftig und in Macht seyn sollen. Also, ob die Briefe die man in den ehenganen Mann Büchern ausgeschrieben, copirt und verzeichnet findet, als vorgemeldet ist, durch Krieg und Unrath vielleicht wären entfremdet worden, daß dann solchen Mann-Büchern und alten Schrifften, gleich den Haupt-Briefen geglaubet, und der Stift das durch nicht verkürz werden solle, etc.

## §. VII.

Causa vero à D. ELECTORE pro obtinendo Privilegio adducta, in Diplomati his verbis repetuntur: Es habe derselbe Königlich Majestät mit schwerem Gemüth erzehlet, und vorbracht, wie in den zwen vergangenen Käuften, und Irrungen, die sich in dem Stiffte Erier leider lange memacht hätten, viel Saumnüß geschehen seye, nemlich daß solcher Zwotracht, wegen derer die um den Stiffte kriegen, die Lehen nicht ordentlich geliehen / auch etliche solche Lehen, Pfandschafft und anderes betreffende, durch Hülff und Verstand willens der Partheyen, verruckt, und entfrembdet worden seyen, derer auch der ehenganent

genante Churfürst etwa viel wieder in seine Gewalt bracht habe; dar-  
um er besorge / daß in den künftigen Zeiten, Seinem ehegenanten  
Stiff, solche Lehen, Pfandschafft und anderes möchten gelaugnet oder  
abgezogen werden, wiewohlen Er die in Seinen Lehen-Büchern, die  
mann Mann-Bücher nennet, verzeichnet und beschrieben habe etc.  
Specialiorem vero Codicum istorum descriptionem, cum Diplo-  
ma Casareum non exprimat, illi de num supplere valebunt,  
qui ad Archiva ELECTORALIA, verasque rerum consigna-  
tiones aditum habent. Illud interim, suggerente nobis Hi-  
storia, affirmare possumus, non solum Archiva Trevirensia  
antiquissimis Diplomatus, Chartis aliisque monumentis (u)  
canam antiquitatem redolentibus, (quæ tot hostiles invasions &  
calamitates aliæ intacta reliquerunt) omnium ditissima esse:  
sed Archipræsules quoque, pro eorum conservatione, eadem  
cautiones, quas supra §. 2. memoravimus, dudum olim ad-  
hibuisse. Ita enim de BALDUINO Archi-Episcopo (Fratre  
Henrici VII. Imp.) Autor anonymus de ejus rebus gestis, apud BA-  
LUZIIUM Miscellan. Tom. I. lib. I. cap. 11. Discreta, ait, provi-  
sione, Balduinus, omnia Ecclesie sue privilegia, primo Papalia,  
secundo Imperatoria, tertio homagialia & alia perpetua, ti-  
mens amissione distractionem, antiquorum cereorum fragilium  
sigillorum propter diuturnalem revolutionem privilegiorum  
fracturam dispendiosam, multumque damnosam, posse posteris

(u) Inter tot cimelia Literaria, quæ in Archivis Trevirensibus as-  
servantur, memorandus omnino, pretiosissimus ille Codex Ca-  
pitularium Ansegisi, partim Latina, partim veteri lingua Francica  
conscriptus, (in Bibliotheca Majoris Ecclesie olim, nunc in Ar-  
chivo asservatus quem BALLUZIUS tantopere, frustra licet, de-  
sideravit, BROWERUS vero Annal. preparasceve cap. 10. speci-  
men saltem exinde retulit.

imminere, in unum volumen congregando, & transcribi mandando, utiliter ordinavit, & illud triplicavit, unum suæ Ecclesiæ Capitulo, & Capitulari loco, aliud suæ & successorum suorum Cameræ Treverico in Palatio; tertium vero sacrum & Successorum feriato semper Camerario ad omnia & singula quo diverteret loca devehendum provide deputavit, ut in omni loco Archiepiscopus posset sua homagia, literas & privilegia saltem sub copia providere, nec non unicuique, dum opus esset recitare: Hoc & hoc a nobis in feudum dinosceris habere. Et omnium Ecclesiarum sacrarum collegia ad sua privilegia ostendenda, ut in ista scriberentur volumina, districtissime coarctavit, & quotquot erant sibi ostensa, quæ tamen sub bullis aparuere veris, inscribi verbotenus procuravit; ut si in posterum aliqua privilegia rapinis incendiis indignitate consumpta, seu malæ custodiæ deputata, vel quocunque modo perderentur, in prædictis voluminibus perpetua memoria perdurarent. Sic ergo velut Josephus providissimus habebatur.

## §. VIII.

Generalioribus hæc præstructis, ad thema ipsum pergitur, propius disquisituri, an per ejusmodi Codices, in quibus Diplomata Archivi aut Tabularii alicuius, una serie descripta, probatio in Foro institui possit, & quænam vis probandi iisdem tribuenda sit? Quia vero de autoritate illorum Codicum, qui non nisi *exempla* Diplomatum continent, veterum Regum & Imp. Francicorum nomina præ se ferentia, disputatio omnis frustranea esset, siquidem autographa ipsa nullius fidei, aut certe pro spuris habenda essent, donec contrarium probetur. Series dicendorum omnino postulat, ut, in limine adhuc, concertationum illarum, quas post HENSCHENIUM & PAPEBROCHIUM, facundus

ille Presbyter è S. J. Bartholomæus GERMON (w), initio hujus Seculi excitavit, mentionem aliquam faciamus. Ipsa quoque tela, in bello hoc diplomatico (x), adversus MABILLONIUM vibrata, seorsim nobis enumeranda essent, si cristati bellatores isti (y), autographa vetera, ad unum omnia, tanta strage confecissent, quanta fiducia asserere non dubitarunt (z) eadem, quo antiquiora, tanto magis, propria sua vetustate, suspecta, eoque minorem fidem ipsis habendam esse. Et quamvis, non semel professi sint, quod plura quidem, non omnia vero hujus generis Diplomata impugnare intendant, reipsa

(w) Editis duabus Disceptationibus de veteribus Regum Franc. diplomatis & arte secernendi antiqua diplomata vera à falsis ad Job. Mabillon. Paris. Anno 1703. & 1706. Quibus postea accesserunt, Disceptationes ejusdem argumenti, adversus Ruinartum, Fontaninum &c. Venet. Anno 1708. editæ.

(x) Quo nomine motus istos, à Germonio & lociis excitatos, tum etiam controversias, Diplomata specialia attinentes, in Germania subortas, supra allegatus DE LUDWIG in d. Prefat. scite insignivit, ac prolixè descripsit. Idem argumentum præter Ludov. Raguet in Historia des Contestationis sur la Diplomatique, Paris. 1708. edita, ulterius prosecutus est Autor Censuræ in Histor. Italie medii ævi, quæ Mediolani Anno 1729 prodiit, Novissime DN. DE MEIERN eandem telam continuavit, & crudite pertexuit, in Prefatione Tom. III. Actor. P. Westphal. præmissa.

(y) Qui Seculo illo vivere debuissent, quo moris adhaererat, ut si super Charta aliqua contentio oriretur, veritas illius per duellum, aut judicium ferri candentis, similesque purgationes vulgares probanda esset, vid. MABILLON Act. Sanct. Ord. S. Bened. Sec. IV. Tom. 1. pag. 765.

(z) Utrum Germonius & locii, ex mera invidia, ut communiter putatur, vesalia de causa eo progressi fuerint, plurius disquisivi DN. DE MEIERN d. l.



ipsa tamen, eas veri a falso discernendi leges & regulas substi-  
tuerunt, ad quarum fallacem normam, fidem, monumentorum  
tantum non omnium, *quæ ignis, barbari, tempus edax, tuque in-  
vidiosa vetustas intacta reliquerunt,* (a) non vacillare tantum,  
sed plane concidere, necessum foret. Eorum vero impe-  
tum, tum MABILLONIUS ipse, (vel sola *Papebrochii* re-  
tractatione, quam Supplementis R. D. inseruit, triumphans)  
tum plures alii, justitiæ causæ faventes, scriptis eruditissimis  
abundeque notis, in primis vero *Justus FONTANINUS,*  
*Theodericus RUINART, Dominicus LAZZARINUS, Antoni-  
us GATTUS* (b): novissime autem *Chronici Gotwicensis*  
doctissimus AUTOR ita reprefferunt, ut argumenta, aut fu-  
catos potius ipsorum sermones, huc conducere operæ pretium  
non videatur.

## §. IX.

Quod autem *Diplomatariis* [plane nulla,] aut certe  
exigua *probandi* vis tribuenda sit, complures sat speciosæ ra-  
tiones efficere videntur; quarum potiores seorsim nunc ex-  
pendemus. Et quoniam omnes illos ita statuere necesse est,  
qui Codices hosce ad normam eorum, quæ Jure Comuni  
circa *exempla Instrumentorum* provisæ, unice exigunt, (unde  
etiam in Consiliis & Responsis frequens quidem *copiarum*  
seu exemplorum, Codicum vero unde desumpta, rarior oc-  
currit mentio.) Ideo primarium argumentum, quo sententia  
illa nititur, haud dubie hoc est: expediti Juris esse, *exem-  
plis*

(a) Ut graviter conquestus *Mabillon* in *Supplement. R. D. cap. 2.*

(b) Quod nomen non fictitium (ut nonnulli existimarunt,) sed Auto-  
rem Tycinensem Professore[m] esse, DN. DE MBIERN. d. l.  
observavit.

plis etiam si à Fisco producantur, credendum non esse, si authentica scriptura desit. Ita enim PAULUS in l. 2. ff. de fide instrum. Quicumque à fisco convenitur, non ex indice (c) & exemplo alicujus scripturæ, sed ex authentico conveniendus est, & si contractus fides potest ostendi. Cæterum calumniosam scripturam vim in Judicio obtinere, non oportet. Eamque regulam, à Jure Canonico cap. 1. 2. & ult. X. d. 1. repetitam, Practici ampliacionibus suis in tantum exrendunt, ut exemplo nullam probandi vim tribuant, etiam si Instrumentum ipsum per plures, imo per centum Notarios descriptum, & exemplatum sit, testantibus se vidisse autographum sine macula esse, & exemplum eidem concordare. Cum Notarius facile decipi, & induci potuerit, ut crederet scripturam adulterinam, unde exemplum defumfit, authenticam esse (d). Idemque Dd. non de illis tantum exemplis, quæ recentiori manu, sed etiam, quæ caractere antiquo (e) scripta, quin & in Archivo reperta sunt (f) affirmant. Addunt, processum super Instrumento, non nisi in copia producto, institutum, ipso Jure nullum esse. (g) De cætero in cap. fin. X. de fide

(c) Indicem vero, ab exemplo hoc ipso differre, quod brevem saltem rei ipsius annotationem contineat, SCHULTING ad Pauli recept. sent. lib. 5. tit. 12. num. 11. nota (m) recte observavit.

(d) Hermann. VULTEIUS Consil. Marb. Vol. 4. Consil. 34. num. 188. & seqq. SCHWEDERUS Consil. Tubing. noviss. Tom. 1. Consil. 10. num. 15. & seqq. GRASS. Vol. V. d. Consil. Tubing. Consil. 60. n. 6. 7. & seqq. & nubes Dd. quos allegarunt.

(e) Vid. LEYSERUS Meditat. ad ff. Specim. 261. mediet. 7.

(f) Idem d. l. Specim. 266. mediet. 9. ibique alleg. Richter. ad auth. se quis C. de edendo.

(g) COLERUS de Processu Execut. part. 3. c. 1. n. 51. SCHWEDERUS d. l.

*fide instrum.* certa forma præscripta est, secundum quam exempla Instrumentorum conficienda, si quidem autographis deperditis, aut vetustate exesitis, vim probandi aliquando habere debeant: indeque sequentia requisita primaria elici solent, (1) ut *transfuntio*, quam ajunt, personæ publicæ, quæ nimirum ab Actis, aut Notarius publicus sit, autoritate Magistratus demandata. (2) Ut ante omnia citati fuerint omnes illi, quorum interest, quo videant exemplum ab authentico transsumi. (3) Ut causæ cognitio præcedat, & Judex ipse authenticum diligenter prius inspiciat, utrum in aliqua parte vitiajūm? an alia falsi suspicione præcedat, & an sigilla integra sint? &c. (4) Si de authentica scripturæ fide quodammodo certus sit, *exemplum* Judicis autoritate inde defumatur, totusque actus Protocollo inferatur (*b*). Ex his omnibus autem facile liquet, Jctos illos, superiorum temporum in primis, normam hanc, quam diximus, unice secutos *Diplomatariis & Chartulariis* quibuslibet haud multum tribuere potuisse, aut etiamnum posse, cum ex iisdem non semper constet, jussu Regionis Domini, aut Magistratus collectionem susceptam, nomen scriptoris si vel maxime expressum, sæpius tamen in obscuro relinquat, an persona publica fuerit: de cætero examen autographorum accuratius præcessisse, vix unquam liqueat: ut vero ii, quorum interest, ubi Diplomataria conficienda erant, prius citarentur, nec moris unquam nec possibile fuerit, &c. Ne etiam gratis hæc dixisse videamur, inter plura alia Judicata, quibus *Diplomatariis & Chartulariis* non major vis tributa, quam quæ cujuslibet Instrumenti exemplo de Jure Communi competit, unicum illud præjudicium hic allegamus, quod celebris ille Ant-

C

ver.

(b) Vid, DN. BÖHMER. *Jur, Eccles. lib. 2. tit. 22. §. 5. seqq*

verpiensium Canonista *Franciscus ZYPÆUS Consult. Canon. lib. 2. tit. de fide instr. Consult. 1. nobis suggerit. (i) Add. tamen CONSILIA MARBURGENSIA Volum. IV. Consil. 37. juncto Consil. 34.*

## §. X.

Ast enimvero, qui rationes ita subdlexerunt, eos rem ipsam *ad justæ pondera libræ* haud satis trutinasse, quis non videt? *Primo* enim inter solivagum *Instrumenti* alicujus *exemplum, & Diplomatarium*, magnum utique intercedit discrimen, utcunque enim, prioris intuitu, incertum maneat, an autographo omni ex parte concordet? & si exemplum tale in Archivo repertum, an autographum ipsum, in eo extiterit, an publica fide inde descriptum, & qua tale, eidem illatum fuerit? Pro Diplomatario tamen integro, quo *Litteræ* patentes *Impm Regum, Principum & Statuum Imperiæ*, aliæque conventiones publicæ, earumque firmamenta, velut in uno eodemque Archivo antiquitus conservata, referuntur, quoties ad probandum inducitur, præsumtio militat, quod publicis auspiciis & quidem (alio fonte unde desumi potuerit, non apparente) ex autograpis ipsis descriptum sit. Idque tanto magis, quo minus cogitari potest, monumenta hæc

(i) Casum ibidem refert decimas novalium atinentem, ac præter alias litis illius circumstantias memorat; *producta fuisse alterutrius partis monumenta ex pervetusto Codice, in pergamento scripto, & inscripto: Liber privilegiorum; exarato, ut in frontispicio narratum, anno 1460. caractere admodum antiquo, & in archivo G. adservato, ignota tamen scriptoris manu, sine mentione collationis ad iussum Judicis, per publicam personam facta &c.* Inter reliquas vero rationes decidendi, ob quas Codici vis probandi penitus abjudicata, & illam refert, quia ad hoc, ut exemplo fides fiat, præter Judicis auctoritatem partis præsentia requiratur, quam cum *Codex ille conficeretur, intervenisse non constet.*

hæc in tanto numero & serie, ad manus privati alicujus fortuito olim pervenisse. Atque adeo Diplomataria ipsa (pro eo tamen probabilitatis gradu, cui varia eorum differentia locum faciunt.) singulis quoque exemplis, in eo comprehensis hæctenus fidem addunt. Pariter (2) & illud attendendum, an *Diplomatum exempla*, originalibus deperditis, non majorem fidem Judicis animo ingenerare possint, quam nudis Instrumentorum exemplis Jus Rom. tribuit. Quodsi enim characteres adsunt, usu explorati, ex quibus vera & genuina Diplomatum authentia vel in *exemplis* dignosci potest, eadem ad rigorem *d. l. 2. ff. de Fide instrum.* non magis dijudicanda sunt, quam in quaestione, an massa ex auro & ære conflata, separari possit, decisum ex *l. 5. §. 1. ff. de R. V.* hodiernum petendum, nam quod *Ulpianus* in *d. l.* negat, metalla hæc separari omnino posse usu & experientia dudum comprobatum est. Dari autem ejusmodi characterismos, ex quibus Diploma, genuinum an spurium sit, vel solo *apographo* illius inspecto, apparere possit, *Ars Diplomatica*, (k) extra omnem controversiam

C 2

col-

(k) Eandem novum antiquariae artis genus vocat quidem MABIL-  
LON, quod tamen prisca haud penitus incognita fuerit, vel ex memorabili præjudicio illo in *cap. 6. X. de fide instrum.* relato satis apparet. *Mabilonius* vero omnium primus fuit, qui characterismos illos in certas, usu comprobatas regulas redegit. Et cum intra Diplomata a Merovingicæ & Carolingicæ Stirpis Regibus concessa, fere substitit, B. HERTIUS in *Dissert. de fide Diplom.* vestigia ipsius legens, ad Diplomata Imp. & Regum Germ. jam tum progressus est. Nunc vero reverendus Abbas *Liberi & Exempti Monasterii Gotwicensis*, Ordinis *Benedictini* in *Austria Inferiori* D. N. GOTHOFREDUS VON BESSEL, in sæpius laudati *Chronici Gotwicensis Tomo prodromo* (de quo idem merito prædicamus,

collocat, infinita quoque exempla, in quibus in præstitum testantur. (1) Indeque artem illam Jctis commendatissimam esse debere, monuit DN. BÖHMER (m) Quod verocationem eorum attinet quorum interest, quam à Dd. in singulis *exemplis* non solum, sed integris quoque Diplomatiis conficiendis, tantopere desiderari vidimus, eam *cap. fin. X. de fide Instrum.* ne quidem requirit, prout prælaudatus DN. BÖHMER (n) pluribus ostendit. Et si vel maxime, in casu ubi lis jam mota, aut certe imminet, citatio illa necessaria: ad Diplomataria tamen dudum olim, & forte ante tot secula, cum de lite illa ne cogitari quidem poterat, confecta, hæc talia non pertinere MABILLONIUS (o), recte reposuit. De reliquis requisitis *in d. cap. fin.* enumeratis, tum etiam quid anti

mus, quod *Conringius* alicubi de *Lehmanni Chron. Spirensi*, non ex tituli modestia illud æstimandum, sed totius Germaniæ Historiam Diplomaticam in eo reperiri, ac re vera incomparabile opus esse), Criticum Diplomatum examen, à Conrado I. ad ultima Friderici II. tempora usque continuavit.

(1) Quamquam enim GERMONTIUS Artem ipsam quoque, pyrrhonismis ac scepticismis suis convellere tentaverit, *in Discept. adversus Mabillon 1. pag. 42. & Discept. 2. cap. 5.* inter alia contendens: nullas haberi posse regulas, quibus *præscorum seculorum* authorographa secernantur, nec ex *characteribus*, vulgo adduci solitis, eorum veritatem probari posse &c. Solide tamen eidem reposuit *Chronicon Gornvicense lib. 2. pag. 79. & 80.* *Ridiculo hoc principio omnes veritates in dubium vocari posse, & si nulla ars judicandi vera Diplomata, non apparere, quomodo falsitates Diplomatum inde probari possit, cum falso verum necessario opponatur, &c.*

(m) Jus Eccles. lib. 1. tit. 3. §. 18.

(n) d. l. lib. 2. tit. 22. §. 6.

(o) de R. D. lib. 5. cap. 5. §. 9.

antiquitas, quid fides Archivi exemplis addant, suo loco dicemus.

## §. XI.

Secundo loco probationi per Diplomataria obstare, ejusque fidem imminuere videtur, quod singula exempla non solum, sed integri quoque Codices Diplomatici tot vitiis & erroribus scaterere soleant. Totius autem instrumenti fidem suspectam faciat particula falsa, sicut fermenti parva totam massam corrumpit, *Consil. Marburg. Vol. 4. Consil. 30. n. 289. & 900.* Et si autographum instrumenti sine die & consule, nihil probat, *d. Vol. 4. Consil. 16. num. 108.* ac non absolutum praesumitur, *Consil. 37 num. 292.* nec non in quo falsus annus, falsave indictio posita, quoad solennia pro vitioso habendum est. *d. Consil. 37 num. 139.* Id de apographis eorum tanto magis affirmandum sit. Jam vero negari nequit, non impressa solum Diplomataria ac Diplomatum apographa, seorsim edita (p), sed illa etiam, quae in MScr. etiamnum persistunt, multis vitiis & erroribus sapissime referta esse. Experientia quoque docet, quod si plura ejusdem argumenti Diplomataria, successive descripra, ut fieri aliquando solet, producantur, haec inter tantas variationes deprehendi, ut alia aliis pejora esse, quamam vero praeferenda sint, haud

C 3

aque

(p) Ita P. SCHATEN, praestantissimo alias Historico, objicit PAULINI *Syntag. Histor. Germ. part. ult. pag. 532.* Diplomata Corbejensia, Annalibus ipsius Paderbornensibus inserta, vitiosissime descripta & edita esse. *Add. Observ. Hallens. Tom. 10. Observ. 14.* ubi plura Diplomata vitiose edita recensentur, in specie vero quoad Diploma illud Ecclesiae Bremensis, quod Caroli M. nomen praefert. inter editionem *Adami Bremensis & Cranzii* ultra 50. variantes lectionis intercedere, in alterutro etiam plures lineas omittas esse per comparationem utriusque ostenditur.

æque appareat. Hæc omnia autem, ubi de *probatione* agitur, tanto magis attendenda esse, cum in recurſu subsidiario ad *exempla* Diplomatum, pro certo ponendum sit, autographa ipsa aut periisse, aut legibilia amplius non esse, aut callide supprimi.

§. XII.

Sed & hæc tanri non sunt, ut propterea *Diplomatariis* quibuslibet, omnis probandi vis deneganda sit. De *exemplis* seorsim descriptis, nec non de *exemplis exemplorum* (qualia quæ typis descripta) hic non loquimur. *Diplomataria* vero authentica, quibus plenam probandi vim infra asseremus, majori cum accuratone consignata esse, quam ut crassis ejusmodi erroribus & vitiis scateant, publica autoritas, qua confecta sunt, non solum credi jubet, sed & omnes illi testantur, qui plures ejusmodi Codices perlustrarunt. Et si vel maxime in iisdem sphalmata quædam deprehendantur, leviora tamen erunt, indictionem similemve temporis annotationem ut plurimum attinentia. Instrumentum vero, in quo falsus annus, falsave indictio posita, propterea non vitiari, cum veritas illius ex reliquo tenore probari possit, ANTECESSORES *Marburg. d. Consul. 16. num. 145.* rejecta (quam pro ratione dubitandi adduxerant) contraria opinione, defendunt. MABILLONIIUS autem (q) pluribus evicit, leviores ejusmodi errores, ac minime substantiales, in apographis

(q) *Lib. 3. cap. 6. & Lib. 5. §. 11. Add. lib. 1. cap. 7. §. 9.* ubi de causis quibus factum, ut in exemplis ex originalibus transumptis, prioribus seculis jam tum errores ejusmodi passim commissi fuerint. Cumque HICKESIUS in *thesauro linguarum veterum septentrionalium* asserta hæc impugnasset, MABILLONIUM strenue vindicavit RUINART, in doctissima præfatione, novissimæ editioni *Lib. de R. D. præmissa*,



phis admissos, veritati detrabere haud posse; & cum aliis Codicibus antiquis, quorum apographa ad nos pervenerunt, Codici v. gr. Theodosiano (quin & Libris Juris Justiniani) errores minime substantiales, non officiant, rationem dari non posse, cur Chartaria nullam propterea fidem in Judicio mereantur, maxime si vetera, & bonæ notæ sint. Idemque ECKARD in animadvers. ad D. N. SCHANNAT Hierarchiam Fuld. §. 32. memorabili casu illustravit. De cætero, si apographum, ex Diplomatario aliquo productum, ejusmodi vitiis laboret, quæ substantialia ejus incerta aut perplexa reddunt, probationem inde petitam hullius ponderis esse, res ipsa loquitur. Denique si plures ejusdem Diplomatarii Codices producantur, interque illas variantes lectiones, aliaque diversitasprehendatur, Judex ex characterum forma reliquisque circumstantiis dispiciet, quinam eorum ex autographis proxime descriptus, indeque majorem fidem mereatur, in reliquis, juxta præscriptum l. 21. ff. de testibus, attendet, quanam rei aptiora, & vero proximiora esse compererit.

## §. XIII.

Pariter, tertio, probatione per Diplomataria vix quidquam tribuendum esse, & illud efficere videtur quod ea admiffa. de Sigillis Diplomatum actum esset, quæ tamen, velut Instrumentorum robora & firmamenta certissima, imposturas commissas omnium facillime detegere valeant. Quibus quartum illud dubium jungimus, quod hac ratione in incerto manere necesse sit, an non autographum, ex post annullatum fuerit (r) aut rasuræ, deletiones, vel additiones, recentiori manu factæ, in eo apparuerint,

(r) Annullationem vero Diplomatis, ea ratione olim fieri consuevisse, ut

ruerint. Quorum omnium intuitu, fatendum equidem, quod & supra §. 1. ipsi professi sumus, authenticam Diplomatis alicujus, certius judicari haud posse, quam ex ipso autographo. Hoc enim productio, characterismos, ex internis non solum, sed & externis ipsius Diplomatis desumptos, quos *Ars Diplomatica* suggerit, cum criteriis ex Sigillo resultantibus si quis combinaverit, de authenticam Diplomatis, tanto certius pronuciari posse, res ipsa loquitur. Plane ut Pontifex *INNOCENTIUS III.* in citato *c. 6. X. de fide Instr.* Diploma ad probandum inductum, non tam ex scriptura, quæ recentior, & charta, quæ pigmento fucata erat, ut vetusta videretur, quam ex Sigillo, imagine & literis in eodem expressis, tum & modo, quo cera affixa, pro falso & suppositio, declaravit. Vicissim tamen & illud notum, Diplomata complura suppositionis & fraudis apertissima, ab iis convicta esse, qui Sigilla autographis appensa, nunquam viderunt. (u) Diplomatario certe, publicis auspiciis confecto, sua autoritas aut fides propterea non diminuetur, quod de sigillis, quibus autographa munita fuerit, exinde non satis constare possit, (ut ut interdum eorum descriptio inserta inveniatur), modo Diploma exinde ad probandum inductum, Historicis coævis, & oribus, rebusque gestis illorum temporum non contrarietur, nec alio *vobescas* indicio prematur. Idque tanto magis, quo certius Sigilla subtilioribus adhuc fraudibus exposita fuisse, quam quæ circa Diplomata ipsa commissa, non raro eiam sigillum genuino diplomati avulsum, spurio appensum

ut membrana ipsa in Judicio perforata fuerit, *Lex Ripuaria, Tit. 58. §. 5. & Tit. 59 §. 3* confirmat, indeque locutionem illam, quæ hodie num superest, ein Instrument durchlöchern wollen, oriri, *ECKARDUS in notis d. l.* suspicatur.

(s) Vid. *A. der Lindauschen Ausführung, pag. 370.*

sum esse (t). Id quod Diploma Lindaviense abunde confirmat. Cum enim apographum illius, ut & typus sigilli, prætenso originali impressi, Conringio (u) Mabillonio (v) Baluzio (x) transmissum esset, triumviri hi, rei Diplomaticæ peritissimi, haud aliter judicare potuerunt, quam quod typus ille formam satis sinceram Ludovici Pii Sigillorum referat, utut in Diplomate ipso, evidentissima vobæas indicia, vel primo intuitu deprehenderint. Et hætenus admitti posset GERMONII (y) illud: *Sigilla tanti non esse, ut eorum causa Diploma malæ fidei arguatur, aut ab ea absolvatur.* Argumentum vero quarto loco adductum prolixiore responsione non indiget, cum ejusmodi vitia in autographo extitisse non magis præsumendum sit, quam vitia occulta in testibus.

## §. XIV.

Denique quinto, pro eadem sententia, illud vel maxime urgeri solet, quod si probationi per Diplomataria locus concedatur, hoc ipso Diplomata refecta, iidem forte inserta, tanto facilius pro authenticis obrudi posse, quo magis affabre ad horum formam fabricata sunt. Notissimum enim est & Mabillonius (qui tamen ipse Monachus, Monachorum fidem omni conatu defendit) negare non sustinuit, me-

D

dio

(t) Vid. HEINECCII Syntag. de Sigillis part. 1. c. 17. §. 2. & sequ. ubi sex modos recenset, quibus fraudes & errores in Sigillis commissi.

(u) Vid. ipsius Censura Diplom. Lindav.

(v) In literis ad Tenzelium quas hic vindiciis suis pro Censura Conr. pag. 19. inseruit; junct. tamen Supplement. Mabill. ad L. de R. Dipl. cap. 4. §. 4. f.

(x) Iidem in literis ad Tenzelium d. l. pag. 124.

(y) Dyseptas. adversus Mabillon 1. cap. 3, pag. 43.

dioavo & præcipue circa confinia Seculi XI. illos, qui sua interesse putabant, bona, quæ possiderent in tuto collocare, sæpenumero religioni sibi haud duxisse, Diplomata super iisdem confingere, quæ sibi usui essent, posteris fraudi futura. Idque tunc non solum, si autographa olim obtenta lacerata, aut scripturæ fugientis essent, sed etiam si bello, incendio, aliave calamitate plane periissent. Nonnulli quoque Privilegiis specialibus impetrarunt, ut in locum amissorum Diplomatum alia substituere liceret. (z) Quibus omnibus fraudi & imposturæ januam apertam fuisse, res ipsa loquitur.

## §. XV.

Enimvero ex omnibus sive reſectis, sive alia ratione falsis Diplomatum, nullum tanta arte fingi aut refingi potuisse, cujus falsitas a perito antiquario detegi non possit. Eam enim veritatis vim esse, ut per se luceat, totque circumstantiis muniatur, ut mendacio & falso, quantumvis belle fucato, semper aliqua desint; MABILLONIVS (a) fidenter admo-

(z) Non alio sc. juris effectû, quam quo Clericis & Monachis in vim privilegii olim concessum fuit, ut in propria sua causa testes esse possent, vid. MABILLON d. l. lib. 3, cap. 4. §. 6.

(a) In Supplem. Lib. de R. D. cap. 4. §. 4.

(b) De Characterismis hisce eorumque certitudine A. Chron. Gotwicensis d. l. 2. pag. 79. & 80. graviter ita differit Quot, ait, habemus Characterismos, legitimas antiquitatis notas, queis vera & genuina Diplomatum authentia demonstrari potest! Num quid conveniens in Diplomatum diversissimis, maximo locorum intervallo distinctis, diversis Ecclesiis, Monasteriis, locisque concessis, Monogrammatum, Sigillorum, Characterum, tam majorum quam minorum, forma extrinseca, stylus item, invocationum, titulorum, inscriptionum, Cancellariorum, Chronologia, & reliquorum uniformitas, indicium nobis præstabit legitima & sincera antiquitatis? præstabit profecto, nisi quis omnes Ecclesias, Regum

admodum affirmat. Diplomaticæ Arbis regulas, obruffam, normamque infallibilem, esse, ad discernenda Diplomata genuina & spuria hoc ipso asserens. Et ita equidem omnino est, quod Characterismi, (b) quibus genuina diplomatum authentia dignoscitur in tanto sint numero, & differentia, quas arguunt, adeo subtiles, ut impossibile videatur, impostorem, eo præsertim in ævo, hæc omnia, vel *resciendo*, tam accurate exprimere potuisse, ut in uno alterove non erraverit. Vicissim tamen & illud negari nequit, etiamsi ardua ejusmodi causæ, vetustis Diplomatum subnixæ, majores Iudices postulent, paucissimos tamen *Artis Diplomaticæ*, Criticam nimium redolentis, peritos esse, & quibus his scientis instructa finxit præcordia Titan, in applicatione tamen harum regularum facillime errare posse. Interim vero Diplomatarium autoritatem suam propterea non amittet, quod *refecta*, aliave falsa quædam *Diplomata*, eidem irreperint, Nam (ut MABILLONIVS ipse ratiocinatur (c) inter Decretales quoque Pontificum Epistolas multæ detectæ sunt falsæ literæ, quæ per multa secula pro legitimis habitæ fuerunt, nec tamen ideo genuinæ aliæ, quibus illæ permixtæ erant, a jure Canonica autoritatis exciderunt.

D 2

§. XVI

gum, Principum, Ducum Curias & Cancellarias, omnia in super antiqua Monasteria, falsitatum officinas dicere non erubesceret, quod tamen quilibet vir bonus, ex ipsa innata sibi ingenuitate perhorrescit. Addatur, ECKARD d. Animadvers. Histor. §. 32. ubi ex eo, quod per probationem institutam appareat, testes. qui Diploma, quod recenset, magno numero subscripserant, (more qui sub Suevicis præsertim Imp. inde a Seculo XII. denuo invaluerat) omnes eo in anno vixisse & in dignitatibus illis constitutos fuisse, concludit, Diploma illud genuinum esse, & impostori alicui impossibile fuisse, tot nomina Virorum, additis eorum dignitatibus, colligere, & in uno alterove non falli. (c) Lib. 3. cap. 5. §. 12.

## §. XVI.

Constitutis ita, velut inter dissentientes, partibus, ex hactenus dictis abunde liquet, argumenta eorum, qui *Diplomatariis* omnino omnibus vim probandi abjudicant, aut iis, quæ optimæ notæ sunt, exiguam saltem relinquunt, assensum non mereri. Quo minus tamen, ex altera parte, asserere liceat, qualibet *Diplomataria*, ad fidem Judicis animo ingenerandam sufficientia esse, tot, tantæque eorum differentia, quas supra indicavimus efficiunt, ab his enim gradus probabilitatis, exinde verò fides Judici facienda unice dependet. Cum ergo una communi regula, *quam vim probandi Diplomataria habeant*, definiri nequeat, potiores eorum differentia seorsim ad hanc libram trutinandæ sunt. Id quod certius fieri haud poterit, quam secundum tria illa *Diplomatariorum* genera, quæ supra §. IV. ex *Mabillonio* memoravimus: pro illorum enim diversitate, reliquæ etiam differentia potiores, num antiqua vel recentiora, ex autographis vel exemplis descripta, in Archivis aliisque Scriniis inventa, &c. velut circumstantia ipsam Jus variantes, omnium optime considerari poterunt. Hoc ipso etiam occasio dabitur, quaestiones specialiores, quid fides Archivi hic efficiat? quid *Charophylacii* & *Scriniis* aliis tribuendum? quodnam pondus antiquitas habeat? num confirmationes *Cæsarea* civile quid addant? penitus evolvendi. Ex quibus, omnibus dein, cautiones nonnullas, circa *probationem per Diplomataria* institutam necessarias, elicere tentabimus. Demum Casum illustrem, quem Amplissima FACULTAS JURIDICA Alimæ hujus ACADEMIAE Anno 1729. respondit, una cum Documentis & Responsis reliquis eo pertinentibus, subjungemus.

## §. XVII.

## §. XVII.

Primam & summam *Diplomatariorum* divisionem, eam esse diximus, quod vel *Historica*, vel *Authentica*, vel *medii generis* sint. *Historica* primo loco quod attinet, antiqua, a Monachis olim conscripta, & Archivis aliisque Scriniis dein inserta nos intelligere, ex supradictis abunde patet. His ipsis vero ab autoribus nulla equidem autoritas accedere potest, cum ipsi ea destituti fuerint, in incerto quoque huc usque maneat, num autographa Diplomatum unquam inspexerint, laborem adeuntes, otii fallendi causa, sponte susceptum, vel a superioribus injunctum. Cumque collectores ipsi personæ privatae fuerint, nec constet qua fide, quave accuratatione compilatio facta sit (d), non majorem quoque auctoritatem habere possunt, quam reliqua monumenta *Historica*. Neque etiam ex eo, quod in Archivo reperia sint, fides publica ipsis

D 3

acce-

(d) In Anglia equidem collectiones ejusmodi, à Monachis confectas, publica auctoritate olim examinatas, & tunc ut *Chronica authentica* in Archivum relatas fuisse, primus editor *Matthia Paris* ex *Scoti Chronico* (diverso ab eo, quod apud *Pistorium inter Script. rer. Germ.* extat) his verbis memorat: *Sciatutum est*, ait, *in Anglia*, ut audivi, quod unumquodque *Monasterium a Regibus fundatum*, haberet de ipso loco suum quendam scribam, vel scriptorem, qui notabilia tempore Regis, saltem in Regno, vel apud vicinos contingentia, secundum quod veritas facti se haberet, cum data annotarentur ad proximum generale Concilium, post obitum Regis, omnes illi *Chronographi* convenirent, & sua vere dicta, sive scripta in medium producerent, & dilectis a Concilio sapacioribus & in talibus expertis, scripta examinerent, & diligenti habita collatione, de congestis summarum extraherent, & *Chronicon* compingerent, ac in *Cœnobicis Archivis*, pro authenticis *Chronicis*, quibus fides daretur, scripta reponerent &c. In Germania tamen monem illum nunquam obtinuisse, abunde notum est.

accedere potest, cum satis constet, qua occasione & quem in finem, in Archivum olim relata sint. (e) Habent ergo fidem historicam (f) tantum, & in quantum ea, quæ memorant, rectæ rationi non adversantur, nec aliis fide dignioribus monumentis repugnant, pro veris tamdiu accipiuntur, donec contrarium appareat. Idemque sequentia illustri BÖHMERS (g) verba ulterius confirmabunt: Die Diplomata, welche bey den Scriptoribus antiquitatum und Collectoribus Diplomatum vorkommen, seynd in Wahrheit nichts anders, als bloße Copieen, welche Fide Scriptorum aus den Archiven genommen, ja vielfältig copiræ copiarum seynd, und wird doch nicht leicht jemand zu finden seyn, der dieselben deswegen als eine Cartequæ und nichts geltende Schrift ansehen sollte. Selbsten fides historica bestehet vornehmlich in solchen getruckten Diplomatus, bey welchen gewiß die bekante Exceptiones nicht gemacht werden können, oder er müste in effectu aller fides historica hinweg fallen. Der Druck, und daß solche von Historicis angeführt und publicirt seynd, gibt ihnen wohl keinen fidem vor selbst, weil die Collectores solcher Diplomatum keine personæ publicæ, sondern scriptores privati seynd, auf deren fidem man doch, sonderlich wann sie den locum anweisen, woher solche genommen, vieles in historia bauet. Die beyde berühmte Benedictiner in Franckreich MARTENE und DURANDUS haben vor kurzem eine herrliche Sammlung solcher Diplomatum in ihrem *Thesauro Anecdotorum* edirt, und MABIELON in seinen *Anecdotis* dergleichen heraus gegeben, die man in rebus ad antiquitatem pertinentibus sehr æstimirt, und keine chartequæ daraus macht, ob die meisten wohl aus den Archivis Monasteriorum gezogen. Und wie würde der Herr von LERNITZ mit seinem *Codice Diplomatico Juris Gentium* bestehen, darin so viele herrliche

(e) Quanquam enim Mabillonius d.l. apographis Diplomatum, Chronico Casauriensi & Sichienſi insertis, paulo minorem saltem fidem, quam ipsis autographis tribuendam censeat, eam tamen ut aliunde habeant necesse est.

(f) Conf. Eisenhardi Dissert. de fide Histor. juncta Thomasi Dissert. de fide juridica §. 31.

(g) Vol. I. part. 2. Consult. 73. num. 98. & seqq.



liche Diplomata zu finden, welche, wann man alle so fort vor Char-  
tequen halten wolte, davon die Originalia nicht productirt werden  
können, gewiß keinen geringen Anstoß leiden würden, und doch seynd  
alle diese diplomata edita nichts anders als copiz, denen man fidem  
historicam so lange beyleget, donec contrarium probetur. &c.  
Idem vero de Chronicis & aliis collectionibus Historicis ho-  
dierni & recentioris ævi, privata auctoritate conscriptis dicen-  
dum esse, Autor der Lindauischen Ausführung/ (h) sub  
exemplo Chronici Lindaugiensis Mscr, Anno 1533, compi-  
lati, pluribus evicit. Quin & illos quoque libros, quos Jæti  
aut Historici jussu & autoritate Regionis Domini scripserunt,  
etiãmsi, ut veriora scriberent, archivum ingrediendi, & in eo  
vetera monumenta inspiciendi aut excerptendi licentiam ha-  
buerint, si Scriptis suis ea inferuerint, quæ Regionis Domino  
noeere possint, & ad infringenda ipsius Jura ab adversariis al-  
legentur, contra ipsum Principem plenam fidem non facere, ut  
ut aliquam faciant, quæ Judicem ad decernendum Juramen-  
tum purgatorium aut suppletorium movere possint, DN. LEX-  
SER (i) nuper adhuc asseruit.

## §. XVIII.

Prius vero, quam a *Diplomatariis Historicis* abeamus, dū-  
bium quod, ex hæcenus dictis subnasci & contra nos detorqueri  
posse præsentiscimus, adhuc removendum erit. Ipsimet enim  
non una vice supra professi sumus, dari Characterismos, usu  
comprobatos, ad quorum normam, vel solo apographo in-  
specto *vobiscum* Diplomatis dignosci possit. *Mabillonium* vero  
regulas ex characterismis illis efformatas, pro certis & infalli-  
bili-

(h) pag. 559 lit. bb.1

(i) *Mediat. ad ff. Specim. 266. num. II, Conf. tamen CULPIS*  
*de Legation. cap. 20. §. 6.*

bilibus venditasse perinde notum est. Ex quibus omnibus concludendum videri poterit, Judicem in ponderandis viribus *probationis per Diplomataria*, posthabitis illorum differentiis, ad id unice attendere debere, num apographum exinde productum, secundum regulas artis diplomaticæ spurium aut genuinum sit? Ast enimvero, utcunque Characterismi illi, indeque formatae regulæ & præcepta critica, in thesi non solum suam habeant certitudinem, sed innumera quoque falsa Diplomata, iis mediantibus detecta sint, illud etiam characteres Diplomatum insiti efficiant, ut vel apographis eorum, vis probandi tam abrupte non deneganda sit, prout Jus commune reliquis Instrumentorum exemplis, in quibus *υπογραμματα* hæc existere nequeunt, abjudicat, & probationem inde petitam, velut calumniosam scripturam, rejicit. Quo minus tamen Judex in librandis istiusmodi probationis viribus, severiores illas critices regulas, nuper admodum in formam artis redactas, pro unica norma assumere, ibique incipere debeat, ubi non raro desinendum, complura utique efficiunt. Præterquam enim quod nondum satis expeditum an regulæ illæ in hypothesi inprimis, eam quam MABILLONIVS ipsis asseruit infallibilitatem habeant, cum omnes omnino fraudis subtilissimæ species, forte nondum detectæ, ac novæ earum formæ proximioribus annis abhinc, in lucem demum protractæ. Magna prudentia, eruditione & moderatione summa opus esse, ut vetera instrumenta, legitime examinentur, nec cuivis illotis manibus id tentandum esse, gravissimum Mabillonii monitum est, quod regulis, quibus præcepta Artis inclusit, præmittendum censuit. Et sicut *Diplomata reserata* seu *restaurata*, aciem Judicis in applicatione illarum regularum facile effugere posse, jam supra dictum, ita quoque tertia illa falsorum species, quam *Diplomata*

diplomata adulterata conficiunt, quibus scilicet ab impostoribus quidquam additum (k) vel subtractum, omnium difficillime in apographis præsertim dignosci potest. (l) Quæ cum

(k) Faverrimum modum subdola hujusmodi emblemata Diplomatus inferendi, his verbis memorat CRAGIVS *Jur. Feud. lib. 2. tit. 3. §. 3. Frequentissime*, ait, *fraudes necluntur, ex spissioribus membranis majorum animalium, cum nihil facilius sit, quam in iis quacunque scripta sunt obliterare, retentis chirographis & sigillis, & novam formam, cujuscunque rei quis velit, inducere.* Iplaque fraudis illius frequentia haud dubie effecit, ut Juramento a Notariis præstando insertum olim fuerit, quod scripturas in formam publicam redigendas, in carta papirea vel membranacea unde alia abrafa fuerit scriptura, non velint conscribere vid. Illustr. DN. DE GVDENVVS *Sylloge 1. Diplom. & Monum. pag. 641.*

(l) Et quando MABILLONIUS c. l. asseruit Diplomatum veritatem tam certo ubique, quam metalli alicujus, auri v. gr. vel argenti sinceritatem cognosci posse: ipsius hyperaspida GERMONIVS vero *Dissept. 2. de veter. Reg. Franc. Diplom. pag. 60. Comparationem* illam sequentibus verbis perstrinxit: *si quis serio hac talia affirmet, errat utique: magnum enim inter utrumque judicium intercedit discrimen. Fieri non potest, ut qui numos cudunt ex metallo adulterino, auri speciem imitando omni ex parte exprimant. Si enim constat ab iis metallum, auri colorem exterius referat, eundem non referet intimis suis partibus, aut si idem sit ubique color, non erit saltem idem sonus, eadem durities, idem pondus, eadem scabrities. Naturam enim ars ex parte imitari potest, perfecte & omnibus numeris implere non potest. Qua propter aurifex certissimas habet notas, quas si cum judicio adhibuerit in judicando auro falli non potest. Neque etiam hac explorare difficile est, cum judicia hæc fiant oculis, auribus, tactu. Idem dici non potest de veteribus Instrumentis. Qui falsa diplomata fabricat & supponit, illi non ipsa Natura est exprimenda, sed istud effingendum quod olim Notarius effinxit; in quo etsi sit aliqua difficultas, non est tamen insuperabilis: adde, judicium quod de veteribus instrumentis fit, non solo sensuum testimonio niti. Nec illi, certitudinem*

cum ita sint, *Judici* secundum ea, quæ Legibus, Constitutionibus & moribus prodita, *judicaturæ*, in via regia ita potius incedendum, ut in fidem *Diplomatarii*, qua pote studio inquirat, indeque vires probationis sibi factæ dijudicet. Quodsi verò *apographum* exinde productum, vel pars, opposita exceptione falsi instrumenti impugnaverit, vel religio *Judicis* sublestæ fidei arguat, (m) sicque dignus appareat hoc vindice nodus, ad severiores *Artis Diplomaticæ* regulas omninò recurrendum, eademque, perita manu applicatæ, in dijudicanda νοθεία vel γνησιωτητι *Diplomatis* rarò fallentem præbebunt normam.

## §. XIX.

In viam, unde digressi sumus, redeuntes, ad probationem per *Diplomataria authentica* pergimus. Hæc ipsa ad requisita illa (n) usquequaque exigenda haud esse, quæ Dd. ex cap. fir. X. de fide instrum. Authent. Si quis C. de Edendo aliisque textibus

nem absolutam, & fallere & falli nesciam regulis *Artis Diplomaticæ* afferenti, nec huic, omnem omnino certitudinem iisdem abjudicanti, subscribendum, sed media potius via incedendum esse L. B. nobiscum sentiet.

(m) Quamvis enim communis *Practicorum* doctrina sit, si contra exemplum *Instrumenti* ad probandum inductum, pars adversa non exceperit, nec *Judicem* quidquam supplere, ZAVNSCHLIFFERVS de officio Jud. supplet. part. 2. concl. 12. §. 2. art. 4. ibique alleg. Dd. Id ipsum tamen eo non pertinere existimamus, ut *Judex*, si manifesta νοθείας indicia in *Diplomate* aliove *instrumento* deprehenderit, id ipsum ex officio rejicere ne quidem possit: præsertim cum iisdem Dd. concedant, quod testem falsum, & *instrumentum* cui *Lex* resistit, ex officio repellere queat. Add. MYSINGER. Commentar. ad Tit. X. de fide instrum. pag. 18. num. 37.

(n) Requisite illa MYSINGER Cent. 6. observ. 73. ad sex diverse capita redegit, quibus FORSTER. in Dissert. de Exemplis anno 1683. Altdorfsi habita, tria alia superaddidit.

textibus exculpserunt, & ad hoc ut exemplum instrumenti parem cum originali (o) auctoritatem habeat conjunctim desiderant, supra §. IX. & X. jam observavimus. Et prout simul evicimus, defectum primi requisiti, ut omnes, quorum interesse aliquando potuerit, ad *exemplificationem*, quam vocant, ritè citati fuerint, *Diplomatariis* quibusvis, dudum olim confectis, haud obesse, ita quoad *authentica* in specie, idem denuò repetimus. Reliqua etiam requisita (seclusis iis, quæ ad moralem fidei publicæ certitudinem sana ratio exigit) peræque huc non quadrare, vix est ut moneamus. Illud tamen seorsim adhuc expendi meretur, num ad fidem *Diplomatarii authenticæ* peræque necessarium sit, ac Dd. quoad singula instrumentorum exempla abrupte desiderant, ut à Notario, Cæsarea aut Papali auctoritate pollente confectum sit? Antiquiora certè secula quod attinet, ut autographa Diplomatum & Acta Judicialia, ita quoque *Diplomataria* reliquaque *transumpta* Notarii alicujus manu conscripta aut corroborata esse, ipsa rerum testimonia, quæ supersunt, loquuntur. Indeque MABILLON (p) ad antiquiora tempora unicè intentus, *Diplomataria authentica* definiuit, *quæ publicæ auctoritatis notam, recognitionem scil. & subscriptionem alicujus Notarii habeant*. Quantæ etiam, quamque eximie dignationis Notariorum munus in Regum & Imp. Aulis, (q) Procerum Imperii, tam secularium quam ecclesiasticorum Curiis, (r) & in claustris Monasterio-

(o) Differentiam nominalem inter *authenticum* & *originale*, quam GONZALEZ ad cap. 1. X. de fide Instrum. tantopere urget, hec non moramur.

(p) d. Lib. 3. cap. 5. §. 9.

(q) Vid. HERTIVS Notit. Regni Francor. cap. 3. §. 13. & de Fide Diplom. Sect. 1. §. 14. MABILLON d. l. Lib. 2. cap. 11.

(r) Principes olim Protonotarium cum Notario uno vel pluribus inter præcipua ministeria habuisse, eosque in subscriptione Chartarum

steriorum (s) olim fuerit, abunde notum est. Ex quo vero eminens illa potestas, quâ Regionum Domini hodie pollent, ad suum fastigium magis magisque ascendit, *Diplomataria*, quæ ex autographis in Archivis ipsorum reconditis, per Secretarios, Archivarios, aliasque personas publica fide munitas confici curarunt, pari cum ipsis *autographis* sanctimonia aservata (t), pro authenticis perinde habenda esse, ac si à Notario conscripta essent: & quod *cap. 13. X. de præsumt.* statuminat, *credendum esse, vera scripsisse eum, qui juravit se officium fideliter exequi velle*, heic quoque locum suum invenire, vix

rum personis aliis in dignitate constitutis, præpositos inveniri, ex *Hundio & Weckio* annotavit HERTIVS *de consult. LL. & Jud. Spec. Imp. Rerumq.* §. 2. nota (1) *Editionis novissimæ*, quam, (ceris miniarulis *illustris Auctoris* auctam, eruditicis curis *Dn. Archivarii HOMBERGK* debemus) Plura exempla supra laudata *Sylloge Diplom. DN. de GVDENVIS pag. 84. 97. 174. 199. 252. 203. & passim* exhibet; *Elenchus vero Cancellariorum Electoralium Moguntinensium*, quem *pag. 500.* inseruit, rem omnem uberius illustrat; postquam enim in præfat. illius dixerat: *constare inter omnes, quos nunc in Curiss Principum Cancellarios vocamus, pro simplicitate seculi, ab omni titulum pompa abhorrente, dictos fuisse Capellanos, Notarios, Scribas, Secretarios &c. hæcque, nunc tenuia nomina, sero cum titulo Cancellarii commutata fuisse*, id ipsum exemplo Curie Moguntinæ ex Diplomatis aliisque actis publicis inde ab anno 1093. ad annum 1440. usque, ex quo, titulo Cancellarii, qui hoc munere defuncti, non interrupta serie demum usi, comprobavit. *Add. MABILLON d. l. 2. Cap. 13. §. 2. Dn. de LVDWIG ad A. B. tom. 2 pag. 1291.*

(s) MABILLON *d. l. 2. cap. 13. §. 3.*

(t) Sanctiorem hanc custodiam, ad conservandam *Diplomatarii* auctoritatem, ipsa publicæ fidei ratio omnino exigit. *Conf. supra §. 4. nota (o).* Ipsa vero custodiæ illius fides, à fide Archivi vicissim dependet, de cujus requisitis Scriptores hujus argumenti, quos *Dn. WENCKER* collegit, professâ opera egerunt.

vix quisquam in dubium vocare poterit. De cætero nec illud necessarium credimus, ut *Diplomatario authentico* peculiare *instrumentum* superadditum sit, quo Regionis Dominus aliusve superior manifestum fecerit, id ipsum jussu & autoritate ipsius confectum esse; sufficiet omnino alia argumenta suppetere, ex quibus illud appareat. Indequè Jcti Viadrini, casum, quem infra memorabimus, respondententes, in rationibus decidendi (quas in *Append. Lit. I.* exhibemus) Codicem Diplomaticum membranaceum Seculi XV. in scriniis Civitatis municipalis repertum, publicis auspiciis confectum esse, ex eo recte collegerunt, quod non solum nomen *Johannis Scriptoris*, in cortice appareat, (v) sed etiam apographis ipsis passim subnotatum sit: *auscultirt/ mit zwey Siegel; auscultirt mit dem Original, hat ein Siegel* &c. quin & authenticum magni momenti Diploma, unâ cum apographis compactum, inibi reperiatur. Hæc omnia verò satis arguant Codicem illum à persona, ad Chartophylacium Civitatis aditum habente, publicisque auspiciis olim confectum esse. &c.

## §. XX.

Jam quod *vires probationis* è *Diplomatario authentico* inductæ, attinet, eandem non minori loco habendam, ac si ex ipsis autographis, quorum exempla refert, adornata, plenamque fidem Judicis animo ingenerare aptam esse, MABILLONIVS *d. lib. 3. cap. 5. §. 9.* sequente ratione addita, haud temere affirmavit: *Nulla, ait, major alia in ejusmodi collectaneis universalibus religio adhiberi potest; nec sanè æquum esset, ut amissis semet autographis (quæ cum fragili materia constant, variisque casibus sint abnoxia, facile depereunt) simul periret instrumentorum descriptorum ac recognitorum autoritas, quæ vix ullo alio modo univèrsim resarciri poterat.* Idem-

E 3

que

(v) MABILLON *d. l. 2. cap. 21. §. 9.* DU FRESNE. *Glossar.*  
verb. *Scriptor.*

que juris communis ratio argumento non uno confirmat. Cum enim *chirographis debitorum incendio exustis*, tutores eos ex *Inventario convenire*, & ad solvendam pecuniam aut novationem faciendam cogere possint l. 57. ff. de administr. & peric. tutor. (w) Majorem certe fidem *Diplomataria authentica*, quoad exempla diplomatum, quæ referunt, mereri necesse est, etiam si autographa eorum in Archivo non amplius extent; cum instrumentis res non geratur, sed ideo conficiantur instrumenta, ut res gestæ ex arbitrio vel beneplacito hominum per ea probentur (x) Prout etiam in cap. 13. X. de præsumt. definitum est, quemlibet Judicem, ordinarium & delegatum, instrumentis propter vetustatem aliamve causam ad exemplandum sibi oblatis, siquidem illa diligenter inspexerit, & in nulla sui parte vitiosa repererit, exempla exinde conficere posse, eandem cum originalibus vim habitura. Et in *Novella 49. cap. 2. §. 2.* indeque desumpta *Authent. ad hæc C. de fide Instrum.* (y) provisum, id quod ex Archivo profertur, publicum testimonium habere. Ita quoque exuberantior illa fides, quæ Regionum Dominis pro excelso in quo collocati, sunt fastigio, perhibenda, multo magis efficiet, ut *Diplomataria*, ipsorum auspiciis legitime confecta, eandem auctoritatem habeant, ac si autographa ipsa etiamnum extarent. Utrum vero hæc *Diplomataria* non tantum contra *Landsassios* aliosque subditos, sed etiam quoad alios Regionum Dominos, exterosque quoslibet, eam, quam diximus, probandi vim habeant? diversæ *Dd. sententiæ* (z) circa quæstionem an

Scri-

(w) Conf. tamen *HVER* tit. ff. de fide instrum. §. fin. & *BVSIVS* in *Comment.* ad ff. d. l. 57.

(x) Prout illustr. *DN. DE LVDOLF* Consult. & Decis. For. part. 1. Decis. 46. pag. 1492. ratiocinatur.

(y) Per quam *Novellam Legi 2. ff. de fide Instrum.* derogatum esse *Valent. FORSTER.* *Observ. succisv. specim. 2. observ. 10.* contendit.

(z) Autores eo pertinentes, *PEFFINGER* ad *Vitriar. Lib. 3. tit. 17. §.*



Scripturæ ex Archivo productæ, extra Territorium ejus, cujus Archivum est, plenam probandi vim habeant, admodum impeditum reddunt. Nos in conflictu affirmativam defendemus, pro qua etiam duo præjudicia admodum notabilia, apud GYLMANNVM (a) extant.

## §. XXI.

Prout vero hætenus dicta, Diplomataria illa *authen-tica* tantum attinent, quæ nominis sui mensuram usquequaque adimplent, ita ejusdem fidei & auctoritatis non sunt, quæ defectu aliquo notabili laborant (leviores enim errores ac minime substantiales, (b) in apographis admissos, veritati detrahere haud posse, supra (c) Thesi XII. jam observavimus). vel sinistra aliâ suspicione premuntur: in primis vero si lis, in qua è Diplomatario probatio nunc instruitur, eo tempore cum id ipsum conficeretur jam mota, ejusve causa jam extitisset. Quodsi etiam *Diplomatarium* in se optimæ notæ ac sincerissimum sit, exemplis tamen, in eodem descriptis, easdem exceptiones obstare, quæ autographis, si etiamnum extarent, opponi

---

17. §. 40. not. b. c. d. & §. 41. not. e. e. longâ ferie recensuit, addendus iidem Dn. DE COCCEN *Jur. publ. cap. 23. §. 3. & Dn. LEYSER specim. 266. meditat. 8.*

(a) Primum eorum *Symphorem. Votorum Cameral. Tom. 2. Part. 1. Vol. 23. num. 51. 52. & 89. & MEICHSNER Decif. Cam. tom. 3. Decif. 3. num. 24.* Alterum apud eundem GYLMANN, *Tom. 1. Part. 3. voto 23. num. 86. & 89. videre licet.*

(b) Quo & illi errores referendi, qui circa monogrammata ex autographis delineata commissi; Conf. M. BAVVIS *Analys. Monogrammat. Imp. & Reg. Germ. §. 7.*

(c) Autoribus ibidem allegatis, eam in rem addenda omnino; *Mémoires pour les Dames Abesse & Religieuses de l' Abbaie Royale du Val de Grace, & les religieux Prieur & Convent de l' Abbaie Royale de St. Corneille de Compiègne, Ordre de St. Benoit, Congregation de St. Maur, Contre Mr, L' Eveque de Soissons.*

opponi possent, tanto minus dubitandum, quo certius collectionibus hisce non raro spuria & sublesta fidei monumenta nonnulla, velut lolium infelix, sterilesque avenas irrepisse, eo præsertim in ævo, quo de criteriis genuina a spuriis discernendi vix cogitatum fuit. (d) Solam quoque confirmationem Cæsaream Codici Diplomatico, & apographis eo comprehensis nihil civile addere posse, vix est ut moneamus, cum satis constet hujusmodi confirmationes nihil novi tribuere, ac principali non consistente, prorsus inutiles esse (e).

### §. XXII.

Supereft ut de diplomatariis illis, quæ supra mediæ generis diximus, eorumque fide adhuc dispiciamus. Majorem circa illa difficultatem subesse, MABILLON d. l. §. 10 equidem agnoscit, mox tamen addit: *Si res æquis animis expendatur, non posse eis in foro justam fidem denegari, maxime si vetusta sint, & longe ante primam controversiæ, qua de agitur, originem descripta: primo enim longam rei possessionem, ac proinde præscriptionem iisdem probari, qui titulus Jure comprobatus sit: deinde si mortui hominis diarium, si mercatorum indices libelli in causis Forensibus obtinent, nullam rationem apparere cur non idem vetustis illis Codicibus tribuendum sit.* Ast enim verò rationes hæc non usquequaque adæquatas esse, quilibet facile animadvertet. Prout etiam *Diplomataria*, ad hanc classem pertinentia inter se multis modis differunt (vid. *Thef. IV.*) ita quoque autoritas & fides eorum unâ communi regula definiri nequit. Cumque adeo circa probationes inde adornatos, singulæ fere eorum differentiæ gradum probabili-

(d) MABILLON d. cap. 5. §. 9.

(e) KLOCK. Vol. 1. consil. 35. num. 82. GONZALEZ ad cap. 7. de confirm. utili vel inut. HERTIVS Vol. 1. Consil. 257. num. 10.

habilitatis varient: sufficiet nobis hac vice (dum mensuram specimenis Academici jam tum egressi sumus) perfectiorem tantum speciem expendere, quo ipso tamen, quid de reliquis *Diplomatariis* in gradu inferiori constitutis, dicendum sit, facile judicari poterit.

## §. XXIII.

Inter *Diplomataria* nimirum, quæ nullam publicæ autoritatis & recognitionis notam præ se ferunt, primus haud dubie locus illis debetur, quæ vetusta, & in Archivo sollicite asservata, apographa *Diplomatum* in eodem extantium longa serie referunt. Hæc talia eum in finem magno numero olim congesta fuisse, ne autographa passim circumferre necesse foret, exinde etiam pleraque, quæ hodie supersunt, *Diplomataria*, typis præsertim descripta descendere, *Thesi II. & IV.* supra jam observavimus. Asserere autem nulli veremur, *probationem* exinde petitam, illâ, quæ ex *diplomatariis authenticis* instructa, paulo saltem minori loco (quamdiu aliud non obstat) habendam esse. Non jam, vacat diversas Dd. sententias circa fidem Archivi huc repetere (f). Agnoscimus potius ultro *exemplis* aliisque scripturis non authenticis ex hoc solo, quod in Archivo reperta, nullam probandi vim accedere posse, cum locus ubi scriptura qualiscunque asservatur, majorem fidem eidem tribuere non possit, quam per se jam antea habet. (g). Quia tamen scripturæ ex Archivo productæ, ob fidem illius publicam, pro genuinis tamdiu habendæ, donec *videtur* convictæ

(f) Quorum alios nimiam autoritatem iisdem tribuisse, alios abjecte nimis de eorum fide sensitse, indeque media potius via incedendum esse, THOMASIUS *dissert. de fide jurid.* §. 50. & LEYSER *Specim.* 266. *medit.* 1. haud frustra monuerunt.

(g) Dn BOEHMER *Tit. x. de fide instrum.* §. 8. Leyser *d. l. medit.* 7. add. D. LVDWIG. *Antwort auf das Bedencken des Rath Pfanner pag. 385. der Teutschen Schriften* ibi: *Plus einem*

Et fuerint. (b) Ist hæc vero *diplomataria*, etiamsi nullum expressum publicæ autoritatis testimonium præ se ferant, hoc ipso tamen, dum ex uno eodemque Archivo tot *Diplomata*, in *apographis* referunt, præsumtionem pro se habent, quod ex *autographis* olim descripta sint (vid. *Thes. IV.*) idque tanto magis, quo accuratiori sollicitudine, antiquioribus seculis illis, *Diplomata*, *Chartæ*, *instrumenta* alia, velut arma legalia, pro tuendis dominiis, facultatibus & juribus custodita fuerunt, ut vix cogitari possit, eadem fortuito in manus privati alicujus olim pervenisse: (i) ipsa quoque antiquitas fidem eorum augeat (k). Dubitari omnino nequit, eadem, adminiculo aliquo accedente, plenam fidem facere, etiamsi autographum *Diplomatis*, quo de agitur, in Archivo non amplius extet. De *Diplomatariis* reliquis, quæ exempla exemplorum continent & in manibus privatorum sunt nec tamen constat ex quo Archivo divulgata fuerint, ex iis quæ *Thes. XVII.* diximus, (l), quid sentiamus, jam tum constat. §. XXIV.

einem Sabelhaften Anno Viterbiens, wann er gleich noch so lang in einem Archiv gelegen, wird kein wahrhafter Thucydides, eben wie ein Böhmischer Diamant, sich in keinen Orientalischen verwandelt, wann man gleich beyde in einen Ring noch so nah beyammen fasset.

(b) KLOCK de contrib. cap. 19. num. 46. LYNCKER de Jure Archivi §. 6. in notis.

(i) CHRONIC. GOTTWIC. lib. 2. in ingressu. Eo quoque tempore Archiva, actis Judicialibus aliisque minoris momenti Literis nondum repleta fuisse, HERTIVS de Super. Terr. §. 80. observavit

(k) Conf. DN. BOEHMER ad Tit. X. de Fide Instrum. §. 8. & prout in Responso ibidem subjuncto, *privata* etiam *scriptura antiquæ*, accedente *insigni* aliquo *adminiculo* vis probandi tribuitur: ita, ad supplendum quod *Diplomatariis* hujus indolis deest, publicæ recognitionis testimonium, *leviora adminicula* sufficere necesse erit. Ex eodem Responso, dubia illa, quæ contra argumentum ab antiquitate petitum, DN. LEYSER *spec. 261. mediet. 7.* obmovit, conciliari posse, iidem persuasi sumus.

(l) Quantopere superiorum temporum Dd. regulam vulgatam *ex-  
empla*

## §. XXIV.

Illa vero *Diplomataria* & *Chartaria* quod attinet, quæ in *Scriniis* *Monasterii*, aut *Urbis* alicujus *mediatæ* *asservata*, *parem* illa cum *prioribus* *fidem* non habere, *verior* *equidem* *sententia* est (*m*). In eo tamen *conveniunt* *omnes*, quod *Diplomataria*, *sive* in *Archivo* *Regionis* *Domini*, *sive* in *Scriniis* *privatorum* *reperta* *sint*, à *parte* *adversa* ad *probandum* *inducta*, *plenam* *fidem* *mereantur*. *Memorabilem* *casum* *huc* *pertinentem*, *Amplissima* *Facultas* *Juridica*, *Illustris* *hujus* *Academix* *anno* *1729*. *Mense* *Jun.* *respondit*, in *Sachen* *des* *Königlich* *=* *Gros* *Britannisch* *=* *Eurfürstlich* *=* *Braunschweig* *=* *Lüneburgischen* *Cammer* *=* *Anwalds*, *contra* *Burgermeister* *und* *Rath* *der* *Stadt* *Ulßen*. *Et* *quoniam* *integro* *Dissertationis* *nostræ* *argumento* *lucem* *exinde* *accedere* *posse* *existimavimus*, *præter* *Marburgensem*, *insecutas* *reliquas* *etiam* *Sententias* *in* *hac* *causa* (*amica* *manu* *nobis* *communicatas*) *huc* *conduce-*

F 2

re, vo-

*empla exemplorum nullam fidem mereri*, *extenderint*, *ipsisque* *Regionum* *Dominis* *hanc* *suam* *sententiam* *insinuaverint*, è *cautelis* *illis* *apparet*, quæ *circa* *Transumptum exempli* è *Diplomatario* *Isenburgico*, *supra* §. 4. *nota* (o) *memoratum*, *adhibitæ* *fuerunt*; *non* *fatis* *enim* *habuerunt* *Illustrissimi* *Comites* *per* *alium* *S. R. I.* *Comitem* *exemplum* *illud* *e* *Diplomatario* *suo* *describi*, *ipsiusque* *fide*, *oppido* *publica*, *corroborari*, *sed* *insuper* *temporibus* *consecutis*, *Impp.* *Caroli* *V.* *Maximiliani* *II.* *&* *Rudolphi* *II.* *confirmationes* *petierunt* *&* *obtinerunt*, *vid.* *LVNIG.* *R.* *Archiv.* *Spicil.* *Secl.* *part.* *2.* *pag.* *1621.* *1624.* *1626.* *Sicut* *de* *cætero*, *Diplomataria* *authentica*, *pro* *nudis* *exemplis* *haberi* *nequeunt*, *ita* *quoque* *exemplis* *inde* *petitis*, *ea*, *quæ* *circa* *exempla exemplorum* *alias* *Juris* *sunt*, *minus* *recte* *applicantur*.

(*m*) *EISENHARD* *de* *Jure* *Diplom.* *cap.* *5.* §. 3. *ibique* *alleg.* *Quando* *autem* *DN.* *LEYSER* *Specim.* *268.* *Universitatibus* *hiscæ* *Jus* *Archivi* *asserit*, *lulum* *in* *terminis* *revera* *tamen* *subesse*, *plane* *persuasi* *sumus*.

re, volumus. Factum ipsum & series Processus sequente ratione se habuerunt.

Cum in Archivo Camerae Regio Electoralis schedula Lit. A. vetusto caractere scripta, reperta esset, hujus tenoris: Urbem *Ulzen* (n) Vestigal & reditus certos ex Molendino, in quorum possessione vel quasi constituta, à Duce *Magno Torquato* anno. 1370. sub pacto de retrovendendo emisse, ac Literas patentes desuper à Duce concessas, in Curia sua asseruare, *Consulenti Camera Regia* anno. 1725. injunctum fuit, ut coram Tribunali Justitiæ Regio-Electoralis, quod Cellis, à Magistratu *Ulzensi* editionem Autographi peteret. Editione per Decreta Lit. B. & C. injuncta, Magistratus Leutationem quidem interposuit, verum per Sententiam à JCis *Wittebergensibus* conceptam Lit. D. Decreta illa confirmata, in eventum quoque juramentum editionis Reis delatum fuit: quod ipsum ratione autographi tandem præstitit, simul tamen exemplum Instrumenti venditionis seu potius oppignoracionis Lit. E è vetusto Libro membranaceo (variis, ut aiebant, obsoletis & nullius momenti scripturis repleto, muruatum & à Notario vidimatum produxerunt. Hoc obtento, *Dn. Consulens Camera*, præsentiscens Codicem illum revera Diplomatarium seu Chartularium esse, *Aktor num. 64.* sub rubro: *Nova Actio, &c.* Reis juramentum Judiciale ratione septem sequentium articulorum detulit: an nec sciant nec credant (1) Originale Instrumenti illius de anno 1370. unquam extitisse? (2) exemplum ejus in *Diplomatario* extans, ex Autographo descriptum esse, hoc vero injuria temporum periisse, (3) prædictum exemplum à persona in officio constituta, & Urbi jurejurando obstricta *Diplomatario* insertum esse? Quin potius (4) certo sciant & credant prædictum autographum nunquam extitisse, ejusque tenorem fictum, exemplum vero (5) quod produxerint ex ejusmodi Libro descriptum esse, ex quo ipsimet nunquam probationem privilegiorum suorum, quorum originalia deperdita, petierint. (6) Vestigal & censum è molendino à Duce *Magno Torquato* Urbi oppignoratum non esse; nec (7) in *Scriniis Civitatis* ulla alia extare documenta

(n) Urbs Ducatus *Lüneburg*: hodiernum non incelebris olim vero, ob fœdera, præsentim, inter tumultuaria & civilia bella, cum vicinis etiam Regionum *Dominiis* jaita, ut & *stare* *Commerciorum*, admodum clara, Vid. *LEIBNITII Scripsor. rer. Brunsvic. in Indice verb. Ulzen.* *RETTMEIER Braunschweig. Chronic. passim: SCHILLINGII Historischer Grund: Riß der Stadt Ulzen anno 1735. edit.*

menta, è quibus veritas contractus hujus pignoratitii, appareat. Causa super his articulis ulterius ventilata, cum per Sententiam Lit. F. à JCtis Tubingensibus conceptam, delationem juramenti Judicialis locum non habere, pronunciatum esset, ex parte Regiæ Cameræ Leuteratio interposita. Insecuta abhinc nova Actorum transmissione, in hac Instantia, per Sententiam ab Amplissima Facultate Juridica, almæ hujus Academiæ conceptam, prior Sententia pro parte reformata, iudicatumque fuit: Daß das von Klägern, denen Beklagten *sub Num. Act. 64.* deferirte Juramentum judiciale in Ansehen aller und jeder darunter begriffenen Sieben Punkten vor ohnstatthafft und überflüssig nicht zu halten, noch dergestalt zu verwerffen: Sondern beklagte über den Inhalt des Fünften, Sechsten und Siebenden Punkts ihr Gewissen zu eröffnen allerdings schuldig und gehalten; die würrliche Ablegung sothanen Ahdts jedoch so lang auszusehen, bis Beklagte, das in ihrer Registratur befindliche alte Buch, woraus sie die bereits edirte Copie Versaß-Briefs de anno 1370. den Zoll und Mühlen-Zins zu Ulzen betreffend, hergenommen, bey Königlicher Cankley, wie sie schuldig, würden producirt haben, &c. Subjunctæ erant sequentes

## Rationes Decidendi.

Nachdem Beklagte, wie ihnen per Sententiam à JCtis Wittebergensibus conceptam *sub Num. Act. 52.* auferleget worden, aydlich erhalten, &c. (ur supra in serie Processus jam dictum) Ob dann wohl (1) ein gang incontestabler Rechts-Satz ist, juramentum illud a parte parti in judicio delatum, recte recusari, quod, si præstitum esset, nihil operaretur Mevius part. 9. Dec. 76. Carpvov. Process. Lit. II. Tit. XI. artic. 1. num. 73. Es auch (2) das Ansehen gewinnen möchte, als ob die gegenwärtige Ahdts delation bey allen und jeden, *sub formula illa ab Actore begriffenen puncten*, vor überflüssig, mithin auch vor ohnzulässig allerdings zu halten seye. Anertwogen (3) das juramentum editionis würrlich allschon abgelegt, solchemnach nicht abzusehen stehe, wie durch anmaßliche weitere Ahdts delation sich etwas zu Tage legen könne, so den, Klagedem Hn. Cammer-Anwald incumbirenden Beweis vollensführen und zur decision der Sache in einige Wege zulänglich seyn könne. Indem (4) der von Klägern *sub Num. Act. 18.* producirten alten (schedulæ, oder Brief de anno 1481. in der That alles dasjenige obstiret/was Dnn. JCti Tubingenses in ihren rationibus decidendi demselben obmovirt. Wir auch noch hinzusetzen müssen, daß, dem klaren Augenschein nach,

wan man zumahlen sothane schedulam pagina averfa gegen den Tag hält, sich ergibt, das die verba initialia gnädiger Herr so dan die letztere 6. Zeilen den Mühlen-Zins betreffend, mit diverser Dinte geschriben, folglich so da mehr suspect seyen, vid. HERTIVS de *inspect. Ocul.* §. 24. *ibique citat. Menoch.* Nachsthem (4) die von Beklagten ob gleich ex Registratura Civitatis producirte copie des quazt. Versas Briefs, Klägern von deswegen nicht zu statten kommen möge, cum expediti juris sit, copias in Archivo licet repertas, probationem non conficere, BOEHMER. *Tit. X. de fide instrum.* §. 8. So dann (5) wir cum Dnn. Tubingensibus der einstimmigen Meinung seynd, das um jemand zum Juramento Credulitatis (als woruf bey den meisten puncten es hier ankomen will,) zu admittiren, oder dazu zu nöthigen, dergleichen bloße Muthmaßungen, so nur conscientiam dubiam vel scrupulosam erwecken könnten, in Rechten nicht sufficient seynd: Wir auch (5) wegen dieser und anderer rechtlichen motiven, das deferirte Jurament in Ansehen der vier ersteren puncten vor unzulässig und obstatthast ebenfals erachten.

So haben Wir jedennoch in Rechten nicht anders erkennen können / dann das die beschehene Uydes delation, in Ansehen des Fünften, Sechsten und Siebenden Puncts zu Recht beständig, Beklagte und Leuteraten auch in Ansehen deren ihr Gewissen zu eröffnen allerdings schuldig und gehalten auch Sententia à qua in so weit zu reformiren seye, und das aus folgenden erheblichen Ursachen. Es ist (1) nicht weniger ausfündigen Rechtens, delationem Juramenti, quod aliqua ratione ad decisionem causæ facere, & effectum aliquem habere potest, à Judice rejiciendam aut denegandam non esse; sententiam quoque tale juramentum non admittentem, gravamen continere & appellationi locum facere MEVIUS d. *part. 9. Decis. 76. num. 6.* CARPZOV. *lib. 3. Resp. 43. num. 14. seqq.* Das es aber (2) in Ansehen der gemeldeten dreyen letzteren puncten mit gegenwärtiger Uydes delation die nehmliche Bewantnuß habe, solches leget sich ab dem Einhalt eines jeden klürlich zu Tage. Allermaassen, (3) um dasjenige so wegen der in Ansehen des Zoll-Regals pro intentione Camera Regio- Electoralis militirenden starcken præsumtion, so dann gegen die vorgeschügte præscriptionem immemoriam, wie auch des Einwurfs das in den älteren Herzoglichen Confirmationen aller der Beklagten Stadt zustehenden Privilegien, und Vorrechten, des Zolles nahmentlich Meldung beschehen, &c. von Hrn. Klägern gründlich und wohl deducirt worden, vermahlen anhehr nicht zu widerhohlen. Ingleichen (4) wie doch



doch mit Bestand geschehen könnte, derrahten nicht weiter zu deduciren, daß die hieroben angeführte schedula anonymi, de Anno 1481. so schlechterdings, ohne einige attention, nicht verworffen werden könne; Gestalt dann JCi Hallenses apud BOEHMERVM d. l. in dem §. VIII. untersehten Responso, einem gleichmäßig nicht unterschriebenen, ja so gar extra Archivum aufgefundenen Document, ob antiquitatem, & quia aliud insigne adminiculum eidem accesserat, plenam probandi vim zuerkant: Hier aber dasselbe so da weniger auffer Acht zu lassen ist, da die à parte aduersa producirte copia Versatz: Briefs / auffer einem kleinen Umstand, den Mühlen:Zins betreffend, damit überein kommt. Es (5) allerdings an dem ist, daß wann den Beklagten, bey dem „ Fünften Articul der Ahd darüber deferirt worden: Ob sie gewis wü-  
 „ sten, glaubten, und versicheret wären, daß die producirte Copia Ver-  
 „ satz: Briefs aus einem solchen Buch, so gar keinen Glauben hätte,  
 „ und woraus sie nie einige verlohren gegangene privilegia angeführt  
 „ genommen seye? Und dann Dn. Tubingenles zwar davor ge-  
 „ halten: es komme bey diesem 1ten punct nicht daruf an, aus was  
 „ vor einem Buch diese Scriptur genommen worden, indem richtig,  
 „ daß dieselbe weder das Original, noch eine Copie von demselben seye.  
 Wir jedoch unsere rationes, den Rechten nach von deswegen ganz an-  
 ders subduciren müssen, weil es (6) hier nicht auf eine einzelne verflo-  
 gene Copie ankommt, sondern diejenige so von Hrn. Burgemeister und  
 Rath der Stadt Ulzen producirt worden, aus einem alten in ihrer Re-  
 gistratur befindlichen Copial Buch, worin die übrige sie angehende  
 Diplomata, Charta, Instrumenta alia, longa serie ebensals verzeichnet,  
 hergenommen ist. Und dann (7) dergleichen Diplomataria, Chartu-  
 laria, und Copial Bücher, wie der in Arte Diplomatica hochehrfahne MA-  
 BILLO de Re Diplom. lib. 3. cap. 5. des mehreren ausgeführt, zwar  
 nicht von einerley Art und Eigenschaft, vielmehr in triplici differentia  
 und entweder Historica, oder Authentica, oder aber medii generis seynd,  
 keinem aber, von allen dreyen, omnis omnino probandi vis, und so gar  
 fides historica, (quamdiu aliud non obstat,) nicht abzusagen stehet,  
 zumahlen wann der besondere Umstand, wie hier, vorhanden, quod longe  
*ante controversia qua de agitur originem conscripta sint,* dierley Colle-  
 ctiones auch, gegen diejenige in quorum Archivis vel Scriiniis asseruata,  
 zum Beweis inducirt werden. Dahingegen (8) die von Beklagten  
 ad destruendam fidem Chartularii istius eingewante argumenta von kei-  
 ner Erheblichkeit seynd. Anermogen (a) der Schluß sehr fehlsam ist,  
 in dem

in dem Buch quäst. seye mit einem vorlängst auß der *mode* gekommenen *Sate* Brief der Anfang gemacht, ergo seye allem übrigen darin begriffenen und besonders der Abschrift des *Versatz* Briefs de anno 1370 kein glauben bezumessen. Genug das man ex antiquitate & historia Germaniæ wohl weiß was eine *Sate* gewesen, vid. LEIBNITZII *Collectan. Etymol. part. 2. pag. 51. & Glossar. Chaucic. d. verb.* Und daß dergleichen *Sate* Brief/ oder *Friedens* *Sate*/ in den Zeiten, da arma civilia und das Faust-Recht die Oberhand gehabt, sehr frequent gewesen, *idem, Scriptor. Rer. Brunsvic. tom. 3. pag. 190. 191.* Einfolglich wie jene, so auch das Diploma quäst. nichts fingirtes seye. Und wann gleich (b) dieser Codex membraceus das von Be-  
 klagten so benante Hagemannische Copial-Buch nicht ist, so kan es doch wohl älter, oder mit selbigem equalis, wo nicht majoris fidei seyn, als welches der Augenschein hiernächst ergeben wird. Daß aber (c) öftermeltes Buch unter nichtwürdigen Sachen gefunden worden seye, ist zusehender facti, annehmst genug, daß es in der Stadt-Registratur sich befunden und wan gleich wegen der unleserlichen alten Mönchs-Schrift, man ehe das Hagemannische neuere Copial-Buch seither gebraucht, oder weil der darin befindliche Inhalt in keine contestation gezogen, selbiges in langer Zeit nicht wäre aufgeschlagen worden, wird ihm doch, quamdiu aliud non obstat, die vis probandi nicht entzogen werden können. Eine gleiche Bewandnuß hat es (10) mit dem un-  
 „ ter der *Andes* delation begriffenen sechsten punct: daß Beklagte gewis  
 „ wüßten, glaubten und versichert wären, daß der Zoll und Mühls  
 „ Zins von Herzog MAGNO Torquato, gloriolæ Memoriz, ihren An-  
 „ recessoribus, besage der Documenten keinesweges verpfändet und ein-  
 „ gethan seye. Gestalten Magistratus Ulzenis eben darab den Inhalt  
 der producirten Abschrift *Versatz* Briefs vor wahrhaftig wird erken-  
 nen müssen, wan derselbe dem Copial Buch, woraus selbige entliehen,  
 sonst jederzeit völligen Glauben zugeschrieben, und zu Behauptung sei-  
 ner privilegien auch anderer Gerechtsame, daraus den Beweis geführt ha-  
 ben solte. Im übrigen aber, ist dasjenige, so gegen diesen pt. der  
*Andes* delation, von Unformlichkeit der *schedulæ* de anno 1481. &  
 quod copiz in Archivo licet repertæ per se nihil probent, wiederholt  
 worden, alhier gang ohnschlüssig. Noch weniger Anstand findet sich  
 (10) bey dem letzteren sub formula juramenti delati begriffenen punct:  
 „ daß Beklagte keine *scripuren* und Nachrichten, woraus die Wichtig-  
 „ keit des quäst. Pfand Contractz warzunehmen, vorgefunden hätten.  
 Dan

Dan ob wohl Beklagte und jegige Leuteraten in Ansehen des Original Versaß Briefs de anno 1370. das juramentum editionis bereits abgeleget, so kan doch wohl seyn, daß auffer der im Chartulario confervirten Abschrift, noch andern Nachrichten in der Stadt Repositur vorhanden, so die ehemahlige existenz dieses Origin ls. mithin die Richtigkeit der Pfand-Verschreibung des weitern bekräftigen.

Wir haben dan, nach solchem allen, den Rechts beständigen Schluß zwar abgefasset, daß Beklagte über obgedachte drey letztere puncten des ihnen deferirten Uths, ihr Gewissen zu eröffnen schuldig und gehalten seyen. Anben jedoch in reifliche Erwegung gezogen, daß wan das quazt, alte Copial Buch worab die producirt Abschrift entliehen, bey Königlicher Churfürstl. Justiz-Cancley producirt, und Klärgern ad inspiciendum wird vorgeleget werden, allem vernünftigen Vermuthen nach, sich ein mehreres, auch wohl so viel darab ergeben könne, daß die Entscheidung dieser Sach auf Ablegung des deferirten juramenti litis decisorii nicht ferner ankomme. Gestalten ab dem Angenschein sich alsbald äußern wird, zu welcher, von obgemeldeten drey sorten der Diplomatarien, das gegenwärtige zu referiren, und wan es authentisch, ob nicht der darab erscheinende Beweis so vollständig, daß es keines Uths weiter bedörffe, &c. &c. deswegen wir dan die würckliche Ablegung des zuerkantten Uths, bis dahin in suspenso gelassen. &c. Actum Marburg Mensis Junio 1729.

Decanus Doctores und Professores der Juristen  
Facultät bey der Fürstlich Hessischen Univer-  
sität daselbst.

Ab hac sententia, (sub Lit. G. inducta) ad Supremum Appellationum Tribunal Regio Electorale Magistratus Uzentis equidem provocavit, denegatis vero, Lit. H. Processibus, eidem semet submitit, ac Librum vetustam, toties memoratum, in Cancellaria Justitiæ tandem produxit. Quamvis autem inspectio illius extra omne dubium collocaverit, Codicem hunc membranaceum *Chartularium Urbis authenticum*, optimæque notæ esse, Seculo XV. confectum: super viribus tamen probationis exinde petitæ denuo acriter disceptatum. Chartulario dein una cum Actis ad Dnn. JCos Giefensles transmissis, secuta est Sententia Lit. I. Leuteratione vero à Dn. Actore rursus interposita, Dnn. Francofurtenses in Sententia Lit. K. Diplomatarium pro authentico declararunt, quoad juramentum tamen Judiciale ab Actore jam antea delatum, priorem Sententiam Mar-

*burgensem* plenissime confirmarunt. Exitus totius Controvertiæ tandem fuit, quod, cum Rei ne sic quidem acquiescerent, & Tribunal Justitiæ Regio-Electorale amicabilem compositionem post tot Litis anfractus inter Partes denuo tentare decrevisset, Camera Regia, ob causas sat graves, in istas conditiones cum Magistratu tandem conveniret, ut hic ad Ærarium Regium certum canonem annuum in posterum persolveret, sumus quoque ad conservationem viarum, pontium, ipsiusque telonii de suo suppeditaret, vicissim vero perceptio Vestigialis, penes Urbem manere debeat.

## §. XXV.

Finem Dissertationi imponimus iisdem verbis, quibus *Ulr. HUBERVS Tit. ff. de fide instrum. §. fin.* discursum suum de probatione per exempla claudit: *Tu, ait, L. B. ex his aliisque supra dictis observa- multa opus esse Judicium prudentia in omni hac probationis materia.* Non minori enim circumspectione circa probationem per *Diplomataria* (ut ut hæc majoris autoritatis) opus esse, ex hæctenus dictis jam tum apparebit. Cautelas eo pertinentes, ad certa capita revocatas, heic subjungere, animus equidem erat, impedimenta vero quæ supervenerunt, solum nunc abrumpere, & hæc aliaque, quæ supersunt, peculiari specimini reservare, plane jubent.

## T A N T U M!

## Corrigenda.

Pag. 2. lin. 4. quoque *leg.* simul pag. 7. nota (o) lin. 3. §. 22. l. 1. §. 24. pag. 9. lin. 23. anno 1394. lege, anno 1494. pag. 10. nota (q) lin. 1. Privilegis, lege Privilegiis Pag. 12. lin. antep. Ballaz. lege Baluz. Lin. penult. vero lege, vero pag. 17. lin. 1. certa forma præscripta est, lege, certam formam præscriptam esse, pag. 18. lin. 2. tamen Lege interim, Ibid. lin. penult. *Judiciis* lege *Judicis* pag. 20. lin. 1. in Lege, id, pag. 21. lin. 15. Jam. vero Lege, Et sane, pag. 23. lin. 13. illas Lege, illos. Lin. 20. *probatione* Lege probationi pag. 27. lin. 1. *Arbis*, Lege *Artis*, pag. 13. *scientis* Lege. *scientiis*, pag. 29. lin. 2. *Primam* Lege, *Primam* nimirum pag. 30. lin. 12. Car eque, Lege, *Charteque* Lin. 16. et Lege, et, Lin. penult. *Lebnitz*, Lege, *Leibnitz*.



X2346624

Inches

Centimetres

1

2

3

4

5

6

7

8

9

10

11

12

13

14

15

16

17

18

19

20

Farbkarte #13

B.I.G.

Blue

Cyan

Green

Yellow

Red

Magenta

White

3/Color

Black

B. M. II, 40.  
h. 518.

3993 2275

DISSERTATIO JURIS PUBLICI,  
DEPROBATIONE  
PER  
DIPLOMATARIA,

Vom Beweis durch Copial-Bücher,

QVAM,  
AVSPICIIS  
ACADEMIÆ RECTORIS MAGNIFICENTISSIMI,  
SERENISSIMI PRINCIPIS AC DOMINI,  
DN. FRIDERICI,  
HASSIÆ LANDGRAVII, RELIQ.SVB PRAESIDIO  
JO. WILHELMI WALDSCHMIDT,  
ACADEMIÆ PROCANCELLARII, REGII ET  
PRINCIPALIS REGIMINIS CONSILIARII,  
D. XVIII. DECEMBR. ANNO R. S. MDCCXXXVI,  
IN AUDITORIO JCTORVM,

H. L. Q. S.

PVBLICE VENTILANDAM SISTET.

A. ET R.

CHRISTIANVS THEODORVS LIPPE,  
LIMBURGO-TREVIRENSIS.MARBURGI-CATTORVM,  
TYPIS PHIL. CASIMIRI MÜLLERI, ACAD. TYPOGR.